Dc 1770

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27850/fragment/page=00000001

GREGORII BARHEBRAEI

SCHOLIA

IN PSALMUM QUINTUM ET DECIMUM OCTAVUM

E

CODICIS BIBLIOTHECAE BODLEIANAE APOGRAPHO
BERNSTENIANO EDIDIT INTERPRETATUS EST
ET ANNOTATIONIBUS PROLEGOMENISQUE
INSTRUXIT

IOAN. THEOPH. GUIL. HENRICUS RHODE.

VRATISLAVIAE

VENDUNT MAX ET SOCIUS.

MDCCCXXXII.

J. Gildemeister
Gott. 1832.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27850/fragment/page=00000006

GEORGIO HENRICO

BERNSTENIO

PRAECEPTORI MEO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27850/fragment/page=00000007

PROOEMIUM.

Scholiorum a *Gregorio Barhebraeo* in Psalmos conscriptorum specimina cum prolegomenis de opera ac studio ab eo in codice sacro, quem critice et hermeneutice tractaret, collocatis in lucem emissurus, si quid inde emolumenti atque incrementi litteris orientalibus attulero, summam ea ex re mihi percipiendam voluptatem grato semper animo acceptam referam Viro Celeberrimo, praeceptori egregie de me merito, *G. H. Bernstenio.* Is enim V. S. V. benignius sentiens de exigua mea facultate non solum ad hanc provinciam me adduxit suscipiendam, sed etiam insigni cum liberalitate hunc in finem copiam mihi dedit scholiorum Barhebraei ad Ps. V et XVIII e cod. bibliothecae Bodleianae Oxoniensi a se exscriptorum, ac praeterea multum me adiuvit verbo et facto. Quae quidem quamvis

satis essent magna ad acrius hac in re elaborandum, accesserunt tamen alia quaedam, quae ut inceptam illam ad finem perducerem eiusque difficultati studium animumque promptum opponerem, admodum me moverunt. Contemplatus enim paucitatem eorum, quae hucusque in universum de litteris Syriacis sacris et praesertim de eorum interpretibus S. S. in lucem essent prolata, haud inanem capere mihi videbar laborem, si qua adderem iis utpote ad historiam interpretationis biblicae et textus inprimis interpretationis simplicis pariter atque ad aetatis, qua viri illi vixerunt, indolem accuratius cognoscendam haud parum valentibus. Deinde vero de Barhebraeo ipso in praestantissimis Syrorum ingeniis et quavis alia ratione, et quoad interpretationem codicis sacri numerando, ab *Assemano*, qui vir eximius unus fere omnium copiosiorem ejus mentionem fecit, multa ieiunius, nonnulla falso, alia plane non disputata erant, post Assemanum autem viri litt. Syrr. periti indoli Barhebraei criticae et exegeticae ex scriptis ejus ad codicem s. pertinentibus melius perspiciendae ita fere non dederant operam, ut tempus esse putarem lucis quidquam adspergere ab hac parte doctrinae diligen-

tiaeque ingenii temporum iniquitate male oppressi. Denique ipsa ratio scholiorum Gregorii varias ob causas, quas sub finem prolegomenon allatas hoc loco repetere nolo, talis mihi apparuit, quae et disputatione indolem eorum in universum spectante, et explicatione ad singula ea pertinente plane digna esse videretur. Itaque quae variis locis de Barhebraeo S. S. interprete sparsa et sine certo quodam ordine ac proposito disiecta deprehenderem, colligere, digerere, novis quibusdam augere et crisi adhibita in unum quoddam corpus redigere sum conatus; quibus deinde scholia supra dicta subiunxi cum interpretatione notisque, unde et maior efficeretur fides prolegomenis, et Barhebraeum ipsum tanquam „ex ungue leonem“ cognosceres de Psalmis pro aetate, qua vixit, docte et eleganter disputantem. Neque vero spem abiicere iuvat, fore, ut Psalmorum a nostro tractatorum specimina prae aliis eiusdem auctoris haud iniucunda existant litt. Syrr. fautoribus atque cultoribus, quoniam in iis omnium diligentissime et ratione ab ea, quam aliis in libris sacris adhibuit, paullum diversa elaborasse videtur noster; ita ut si ea cum scholiis ejus ad Iobum a *Bernstenio* V.

cel. editis contuleris, hoc vix feceris sine rei quam spectamus, emolumento quodam maiore.

Iam vero de exornando hoc meo libello jure mihi videor vereri, ne id in me vituperii cadat, quod ea, quae apud Barhebraeum certa quadam ratione et consilio carerent, nostrae aetatis disciplinam critico-exegeticam nimis secutus percurrerim et diiudicaverim, unde color antiquitatis exolesceret et iudicium de aequitate facile deiiceretur; at enim putabam, ad interpretationis recentiore tempore vigentis principia atque praecepta si accommodarem iisque metirer operam a nostro in cod. sac. tractando positam, magis esse appariturum, quae inde ad nostrum etiam usum trahenda, quae ab eo removenda essent, quum praesertim in illius scholiis semina nostrae rationis hermeneutico-criticae iamiam sparsa invenirentur; ita ut quod ab hac parte obesse, ab altera prodesse videretur, modo ne omitterem litterarum conditionem, qua Barhebraeus esset constrictus.

Quod superest, Tibi, Vir summopere colende, cui istud opusculum meum Tuis auspiciis Tuisque

beneficiis inceptum atque perfectum, animo pio dedicatum volo, gratias quam maximas egregiae Tuae liberalitati solvendas palam atque sincere profiteor et a Tua pariter atque ab eorum, quorum in conspectum venerint iuvenilia ista, V. V. Cl. Cl. D. D. lenitate atque clementia, ea qua par est, verecundia expeto, ut quae peccavi, ignoscatis, meliora edoceatis atque huius beneficii memoriam me conservaturum, persuasum Vobis habeatis.

PROLEGOMENA.

I.

Gregorius Barhebraeus, h. e. Hebraei filius, qui et *Abulpharagius*, a) natus est *Melitenes* seu *Melitae*, serius *Malatiae* dictae et in provincia eiusdem nominis ad Cappadociam, seriore tempore ad Armeniam minorem pertinente, sitae, anno p. C. 1226 (Graec. 1537), patre *Aharon* medico Iudaeo, sed posthac doctrinae Christi addicto. Quumque puer a patre Graecorum, Syrorum Arabumque litteris satis esset imbutus, praecipue quidem medicina excelluit, sed etiam rerum divinarum cognitione necnon morum integritate ita praestitit, ut viginti annos habens episcopatum *Gubae*, oppidi circa Melitinam positi, a. 1264 autem secundum a patriarcha Iacobitarum locum Maphriani seu Primatis Orientis, cuius sedes erat *Tagrit* (Tecrit), urbs in Mesopotamia ad Tigrim minorem sita, obtinuerit, quem quidem usque ad obitum suum a. 1286 in urbe *Maraga* provinciae Aderbiganae olim ad Mediam pertinentis, rerum ecclesiasticarum litterarumque gloria condecorabat. Cuius quidem rei luculentissima sunt documenta, quae ab eo conscripta nobis conservantur opera vel propter id ipsum biblio-

a) Dicitur etiam *Bar Aharonis*, *Ibn Hakimi* (filius medici), *Gregorius scholiastes*, *Gregorius Syrus*, *Mor Gregorius Maphrianus orientis* (Kirsch. chrestom. Syr. ed. Bernstein p. 143 l. 10.), *Gregorius Malatiensis*.

thecarum tenebris eripienda, quia monumenta sunt veteris litterarum Syriacarum in Oriente cultarum splendoris, qui et omnino artium bonarum studia, et inprimis biblica a viris, quales fuerunt *Iacobus Edessenus*, *Sarugensis* al. re critica atque hermeneutica insignes, aucta et emendata collustraret, cuiusque propugnatores acerrimi praestantissimique *Barhebraeus* et *Ebediesu* († 1318) a) exstiterunt, antequam barbarorum orientalium caedibus exstingueretur. Notitiam vero illius scriptorum debemus inprimis viro clarissimo *I. S. Assemano*, qui singula ea recensuit et in quatuor genera dispescenda docuit, *theologica*, *philosophica*, *historica* et *medica*, b) quorum primo ad omnes fere huius disciplinae partes pertinente illud ipsum opus continetur, cuius quidem specimina quaedam infra dabuntur, rationem vero, quantum per exiguam eius notitiam licuerit, nunc paullo accuratius descripturi sumus, *horreum mysteriorum* (ܟܢܫܐ ܕܪܙܐ) dico. c)

II.

Ad *inscriptionem* libri quod attinet, voce ܟܢܫܐ ܕܪܙܐ, quod ex argumento prooemioque illius colligitur, nihil aliud continetur nisi copia rerum a vulgari notitia remotiorum adituque difficiliorum, ita tamen, ut frequens verbi ܪܙ usus, quo in n. t. et apud scriptores ecclesiasticos τῷ μυστηρίῳ

a) cf. Hoffmann in Bertholdt: Krit. Journal t. XIV. p. 271 — 273.

b) Ass. bibl. or. II. p. 267. sqq.

c) De Barh. vita et script. cf. Ass. II p. 244. col. 2. sqq. Hoffm. in libro: Hall. Encykl. t. VII s. v. Barhebr. *id.* in *Berth.* l. l. p. 268 — 71. Bayle: Diction. s. v. Abulphar.

respondet, ab auctore sit respectus, quippe quum integrum opus ad sacram referatur scripturam. Neque alienum ab hoc loco videtur, similes librorum recentiorum et vetustiorum conferre inscriptiones, quales sunt: *thesaurus, arcula thesauraria* (Schatzkästlein), *promtuarium* (Magazin) al. *Argumentum* autem a *Barsuma* fratre scriptoris, quem laudat *Assem.*, a) recte sic indicatur: حڪما ڕاٰوِ̈ڕ ڕاٰڕ حڪه حڪمصا مڕوڕ حنڪا ڕحڪه ڕوڕ حڪه. „*Liber horrei mysteriorum, in quo collegit* (auctor) *expositionem et emendatam lectionem totius scripturae sacrae;*“ paullo brevius in cod. Bodleiano, quem adhibuit *Bernstenius*, v. cl., his verbis: حڪمصا ڕحڪه ڕوڕ حڪه. „*Explicatio totius scripturae sacrae.*“ b) Non solum enim exegeticas, sed criticas quoque partes Barhebraeus in hoc libro agit; quamquam illae primariae esse videntur, si auctorem ipsum consulas, qui in prooemio horrei haec habet: „*In solo huius libelli semen variarum totius scripturae interpretationum* (ڪڪصلا propr. *intellectus, intelligendi rationes*) *eram inaraturus.*“ c) Continetur igitur istud opus scholiis plerumque brevioribus ad plurimos sacri codicis libros, quorum locos singulos auctor exegetice et critice illustrat, adhibita interpretum versionumque auctoritate et praemissa singulis libris praefatiuncula ad auctorem argumentumque libri potissimum spectante d). Quae vero Bar-

a) Ass. bibl. or. II. p. 272.

b) Kirsch. chr. ed. Bernst. p. 143. l. 9.

c) Kirsch. chr. ed. Be. p. 144. l. 10 — 12.

d) Kirsch. l. l. p. 145. l. 2 sqq. Ass. b. o. II. p. 278. col. 2. coll. p. 282. col. 2. Prooem. ad Iob. in Kirsch. l. l. p. 186. sq. Wisemann: horae Syriacae. tom. I. Rom. 1828. pag. 141. not. 5.

hebraeus explicuit scripta sacra, Assemanus hoc ordine recenset: a) V. T. Pentateuchus, Iosua, Iudices, Samuelis libri duo, Psalmi, Regum l. duo, Proverbia, Ecclesiasticus, Coheleth, Cant. Cantic., Sapient. b), Ruth, Susannae historia, Iob, Isaias, XII proph. min., Ieremias cum Threnis, Ezech., Dan. cum historia Bel et draconis. N. T. IV evangelia, Acta, epp. catholicae, h. e. Iacobi, I Petri, I Ioannis, Pauli XIV epp., inter quas ep. ad Hebr., qua finitur opus c). Reliquos libros v. et n. t. noster propterea non interpretatus esse videtur, quia in canonem Monophysitarum non essent recepti; qui vero num versionis simplicis ambitu solo constitutus fuerit, dubitare potes, quum inter scripta sacri codicis modo enumerata, sint quae Assemano teste d) recentioribus adscribantur interpretibus, v. c. historia Susannae, Bel et draconis, quam *Ephraemus* non explicuit, qui idem scripta Salomonis non exposuisse videtur, quantum ex eius quae supersunt, operibus colligere licet; unde vero non statim colligitur, haec in interpr. simpl. non exstitisse eius temporibus. Magis vero hoc conieceris de libris Chronicorum e), Esrae, Nehemiae, Esther f), quos Barhebraeus pari-

a) l. l. p. 182. col. 2.

b) Eichhornius, qui in introd. in v. t. ed. IV. 1823. tom. II §. 255, b. pag. 150. sq. canonem Nestorianorum refert, dicit: „*Sapientia Sal. seu Proverb.*," fortasse quod uterque liber in illo esset coniunctus. (cf. not. f.)

c) cf. de Wette Einl. ins n. T. ed. II. pag. 12. sq. — Ass. b. o. II. p. 277. col. 2. — Eosdem libros eodem ordine continet cod. Oxoniensis, quem adhibuit Bernst.

d) B. O. I. p. 72. col. 1.

e) Apud *Nestorianos* comprehenduntur libri Chron. nomine librorum Regum; v. Eichh. l. l.

f) Desunt tres isti libri in cod. *Nestorianorum* quoque, et posteriores duos *Meliton*, episcopus Sardensis (c. a. 171. p. C.)

ter atque Ephraemus intactos reliquit. Atque singularis iste librorum ordo, quem noster est secutus, eo evadit, quod historiam Susannae, fortassis ob exiguam aliquam argumenti similitudinem, post libellum Ruth collocatam in eo deprehendimus; unde id certe apparet, eam ab antiqua Syrorum ecclesia habitam non esse pro parte libri Danielis eiusdemque cum eo auctoris a). *Finis* denique operis totius instituendi qualis fuerit, partim ex iis quae de argumento eius modo disputata sunt, elucet, partim accuratius cognoscitur ex ipsius Barhebraei prooemio iam laudato. Voluit enim „quae ab aliis ante ipsum in *arte critica* (quae ad ܡܸܠܬܵܐ, *verba*, pertinet) et *hermeneutica* (ad *vocum significationes*, ܦܫܸܛܘܼܬܵܐ, *sententias*, ܦܘܼܫܩܵܢܵܐ, et *res historicas*, ܐܸܬܪܘܼܬܵܐ, exponendas spectante) ad codicem sacrum adhibitis essent elaborata, brevibus complecti atque in lucem proferre, sibi aliisque lucrum mansurum ut inde efficeret; b) quippe quum et res per se ipsa Deo accepta humanaeque scientiae incremento esset, et rursus multitudo librorum una cum magno eorum pretio scriptorum sacrorum studium iusto plus prohiberet c).“ Quod quidem consilium quomodo

non vocat inter canonicos. Idem quoque Sapientiam inter Salomonis scripta refert, si legitur: ἡ σοφία; quod si autem legendum: ἡ καὶ σοφία, Proverbia ita vocantur, ut apud Nest. (cf. pag. 4. not. b.) Ecclesiasticum autem, qui apud nostrum sequitur Proverbia et qui a concil. Hipponensi (a. 393. p. C.) canonicis est adscriptus, *Augustinus „de quadam similitudine Salomonis dici“* putat. (v. de Wette: Einl. ins a. T. ed. III. p. 45. sq. pag. 53 sq.)

a) Id confirmatur cod. Nestoriano quoque: v. Eichh. l. l. eiusd. Einleit. in d. Apokr. d. a. T. p. 468. not. u.

b) Kirsch. l. l. p. 144. l. 6. sqq.

c) Kirsch. chr. ed. Be. p. 144. l. 1 — 5. coll. l. 14 sqq.

noster sit exsecutus, videre licebit nobis *fontes* unde hauserit, *rationemque, qua iis et ingenio proprio usus sit*, quantum pro iis, quae hucusque de horreo innotuerunt, fieri poterit, accuratius inspecturis a).

III.

Textus, quem subiecit Barhebraeus scholiis suis, est desumtus ex interpretatione simplice (Peschito), quam propter celebritatem, quam apud Syros omnium gentium nacta esset, se elegisse profitetur b). Neque ratio eius est talis, ut inde confirmari queat acerbum iudicium, quod noster in universum de indole istius interpretationis tulit; sed potius haud paucas exhibet novas bonasque lectiones et, quantum ex iis, quae huiusque in notitiam pervenerunt, liquet, mutationes et depravationes ex aliis conversionibus et textu Hebraeo exortas fere nullas. Cuius quidem rei haec habe exempla: Iob. 4, 21. (Kirsch. chrest. ed. Be. p. 190. lin. 11. not. **), ubi pro ܘܫܡܗ *et nomen eorum*, legit

a) Integra Barh. sch. in Iob. leguntur in Kirsch. chr. ed. Be. p. 186. sqq. Nonnulla in Psalmos collegit Dudl. Loftusius in Pol. Lond. t. VI. post varr. lectt. ad Aeth. vers. Wisem. l. l. p. 25. not. 23. p. 103. 106. 142 — 144. 159. 160. 208. 265. 266. Bruns. in Eichh. Repert. für bibl. u. morgenl. Litt. t. XIII. p. 177. sqq. idem in Kennicot. diss. gener. p. 34 — 36. 205. 230. sqq. Ass. b. o. I. p. 77. c. 1. p. 68. c. 1. p. 296. c. 2. II. p. 169. c. 2. p. 285. c. 2. Walt. in proleg. XIII. p. 91. Andr. Muellerus: Symbolae Syr. Berol. 1673. p. 22. sqq. Hasse: bibl. orient. Aufsätze. Königsb. 1783, quem librum non inspexi.

b) Kirsch. l. l. p. 144. l. 18. sqq.

ܒܩܝܬܗ, Hebr. יִתְרָם, Arab. وبقيّتهم *et reliquiae eorum.* Iob. 8, 19 (l. l. pag. 193. l. 15.) ubi ܠܒܘܫ pro ܠܒܘܫ habet. Iob. 12, 25 (l. l. p. 195. l. 6) ubi ܘܐܡ pro ܘܐܡ; Iob. 29, 18 (l. l. pag. 202 l. 13), ubi ܚܠܕܝ pro ܚܠܕܝ; Iob. 31, 26 (l. l. p. 203. l. 14) Barh. ܫܚܪ, Polygl. Lond. ܫܚܪ; Iob. 33, 4 ܢܚܝܢܢ in Pol., ܢܚܝܢܢ in Barh. (l. l. p. 204. l. 9.); Iob. 41, 17. 25. (l. l. p. 209. l. 4.) Ps. 5, 3. (v. not. 19.) v. 9. (v. not. 20.) Ps. 10, 5 Barhebr. dat ܥܠ ܦܪܨܘܗܝ (Hebr. מְנֻגָּדוֹ), Polygl. ܩܕܡ ܦܪܨܘܗܝ, quam lectionem ille immerito Graeci causa, qui habet ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, praefert, quum ipse dicat: „*omnes quos vidimus, codd. occidentt. et orr. cum unica Lomad scribunt*," sc. ܠܦܪܨܘܗܝ. (cf. Polygl. t. VI, excerpt. Loftus.) Sunt tamen multi loci, quibus rursus textus Syriacus, quem Polyglotta sequuntur, ei quem Barhebraeus laudat, praeferendus videtur, v. c. Iob. 6, 5. (Kirsch. l. l. p. 191. lin. 11.) ubi Barh. ܒܟ, editt. et codd. ܒܟ; ib. v. 16. (l. l. p. 192 l. 3) pro ܕܟܬܡܝ codd. et edd. legunt ܕܟܬܡܝ; ib. v. 26. (l. l. lin. 12) Barh. ܢܡܫ ܡܟܟ, Polygl. ܡܟ ܢܡܫ, quod non cum claris. Leeo mutandum. Iob. 8, 16. (l. l. p. 193. lin. 12.) Barh. ܙܝܚܐ, Polygl. et codd. ܙܝܚܐ, Iob. 10, 22. (l. l. p. 194. lin. 10.) Ps. 18, 34. (not. 65.) v. 46. (not. 76.) Ps. 49, 16 Barh. legit ܢܫܒܠ, pro quo Polygl. ܢܫܒܠ, quod ille ipse recte coniecit supponendum. (v. excerpta Loftus. l. l.) a) Cum *Ephraemo* saepius contra Polyglotta consentit noster, v. c. Iob. 19, 25. (Kirsch.

a) Plures varr. lectt. e *Gregorii Barhebraei* scholiis petitae leguntur inter varr. lectt. ab Herb. Thorndicio collectas Polygl. t. VI.

l. l. p. 197. lin. 12.) 24, 6. (ib. p. 199. l. 10.) 31, 26. (ib. p. 203. l. 14.) 41, 25. (l. l. p. 209. l. 6. not. **) 42, 14. (l. l. p. 210. l. 4.), nonnunquam vero Pol. cum Ephraemo contra nostrum, v. c. Iob. 39, 18. (l. l. p. 207. l. 4.); al. loc. Barh. cum Polygl. contra Ephr. facit, ut Iob. 27, 16. 17. (l. l. p. 201. l. 4.), aliis denique omnes dissentiunt, v. c. Iob. 29, 18. (l. l. p. 202. l. 13.) 36, 4. (l. l. p. 205. l. 2.) 42, 14. (l. l. p. 210. l. 5.) Quod vero monendum restat, Barhebraeus ut textum Syro-hexaplarem, ita Syriacum int. simpl. non ubique accurate laudat, qua in re comparandus est cum *Ephraemo* a); quod quidem haec docent exempla: Iob. 1, 6. (Kirsch. l. l. p. 187. lin. 18.) versuum sequentium argumentum breviter et suis potissimum verbis innuit (cf. p. 188. lin. 8.), deinde ad versum 17, quem iam explicando praetergressus erat, redit eiusque verba Syriaca laudat et exponit. Iob. 37, 10. (l. l. p. 205. l. 14.) vocem ad v. 9. et alteram ad v. 13. pertinentem immiscet (Kirsch. l. l. p. 205. lin. 15. 16.), idemque facit 38, 9. (l. l. p. 206. l. 12.) 39, 16. (l. l. p. 207. l. 3.)

Codices, quos noster in textu interpretationis simplicis afferendo et emendando adhibuit, pluries ab eo commemorantur atque distinguuntur „*occidentales et orientales*," ܟܟܝܬܐ ܕܡܥܪܒܝܢ, b) h. e. qui in Aramaea occidentali et orientali iactabantur; iisdem vero vetustatem tribuit ad Ps. 18, 21. 72, 9. c), quibus tamen locis auctoritatem eorum spernit. Unum ex istis codicibus accuratius denotat noster,

a) Ephr. opp. ed. P. Benedict. Rom. 1740. t. II. v. c. hoc cadit in loc. Iob. 15, 13 — 15. (pag. 7. A.) et 26, 13. quo loco respicit cap. 38. v. 7. (pag. 11. A.)

b) Polygl. t. VI. Excerpt. Loftus.

c) Ibidem.

codicem Michaelis patriarchae Iacobitarum a), quem bis ab eo laudatum dicit Assemanus, scil. ad Gen. c. 12. et in Cant. Cant. b) Quorum quidem locorum priore se nil eiusmodi reperisse, ait Wisemannus, c) in codice Vaticano horrei, de altero tamen nihil statuit, quoniam is codex mutilus est inde a Ps. 37 med. Est autem, ut videtur, codex ille Michaelis non diversus ab eo, quem Pentateuchum Arabice et Syriace continere et cum textu Hebraeo congruere dicit fusiusque describit Gloc. Ridley d). Alterum exemplar evangelia complectens et sub eodem Michaeli exaratum laudat Renaudotius e), ita ut verosimile sit, Michaelem omnem S. S. interpr. simpl. denuo exarandam curasse.

Editiones seu *recensiones* versionis simplicis, quas noster consuluit, leguntur *Carcaphensis* et *Nestoriana*, parum adhuc cognitae, quam ut accuratius de iis liceat disserere, sed quas ab illa punctis apicibusque fere tantum abhorrere, virorum, apud quos hac de re iudicium est, auctoritate constare nunc videtur f). *Nestoriana* laudatur saepissime ad

a) Est primus huius nominis, qui et *Magnus* dicitur, † a. p. C. 1199.

b) *B. Or.* II. p. 283. col. 2.

c) *Hor. Syr.* p. 141. not. 5.

d) In *dissert. de Syriacis novi foederis versionibus*, quae legitur post Wetsten. libell. ad cris. atque int. n. t. ed. Seml. Hal. 1766. pag. 255. sqq.

e) Ass. b. o. II. p. 154. col. 2. Locum Renaud. liturg. orr. Par. 1716. t. II. p. 448. inspicere non licuit mihi.

f) De *rec. Nest.* cf. Ass. b. o. III, 1 p. 304 c. 1. 2, §. VII p. CCXXXVI sqq. Eichh. Einl. ins a. T. ed. IV. pag. 149. Wisem. h. S. p. 140 sq. 208, qui nonnullas varr. lectt. a Barh. allatas refert. De *Carcaph.* autem cf. eius d. commentat. de cod. Carcaph. l. l. p. 149 sqq. Confirmat enim iste v. cl., eam editionem servare quidem textum int. simpl., peculiarem autem

Psalmos et in quovis fere v. et n. t. libro adhibetur a nostro; a) ad Iobum semel tantum affertur, nempe 2, 11. (*Kirsch.* chr. p. 189. l. 1.) Erravit igitur *Brunsius*, v. cl., ad Ps. CXVIII., 176. dicens: „Nestorius (falso pro: Nestor. Version), der nur allein bei dieser Stelle in den Psalmen angeführt wird b)." *Carcaphensis* autem ad Psalmos tantum laudatur, v. c. ad Ps. 26, 6 c). 107, 23. 135, 23. 126, 3 d).

IV.

Praeter versionem simplicem, cuius fontem Barhebraeus *textum Hebraeum* dicit e), hunc ipsum eiusque codices eius indolem in eo potissimum cerni, quod nomm. propr. et voces Graeco-Syriacas ad orthographiam Graecam seu Harclensem accommodata exhibeat; praeterea vero eam levius tantum discrepare a matre aliumque librr. ss. ordinem (in n. t. Harclensem) tenere. Originem porro ei tribuit Iacobiticam seu Monophysiticam et locum territorium *montanum* Sigarense Mesopotamiae. (Ass. b. o. I. p. 274 not. 4.) Causam denique, unde sit exorta, in inclinatione Monophysitarum ad textum Graecum ponit.

a) Hanc notitiam debeo Bernstenio, v. cl. — Laudatur Nest. Ps. 18, 29. 8, 5 (Wis. h. S. p. 143). Ad Matth. 46ies affertur.

b) Eichh. Rep. t. XIII. p. 196.

c) Wis. l. l. p. 160. col. p. 200. 206. Exemplar Barberin. pentaglot. autem non habet hanc var. lect.

d) Pol. t. VI. Exc. Loftus., ubi tamen priore loco pro حضرا sing. est ponendus, posterior autem falso laudatur: 136, 1. cf. Wis. p. 159 sq. 205 sq. 200. 144. — Ad Ps. tantum Carc. afferri, docuit me Bernst. v. cel., quocum consentit Wis. l. l. p. 204. n. 20. Locum 126, 3 etiam Bernst. auctoritate addidi.

e) Kirsch. l. l. p. 144. l. 18. *Hist. dyn.* ed. Pocock. p. 100.

pluries laudat, v. c. ad Ps. 5, 1. a) 10, 1. b) 33, 2. c) 40, 7. d) 68, 14. e); semel tantum ad Iob. 26, 13, f) ad alios tamen libros saepius, ut me docuit Bernst. v. cel. At vehementer dubito, num ipse noster codicem Hebraeum inspexerit neque potius alios, qui ante ipsum singula quaedam inde excerpsissent et codicibus interpretationum S. S. Syriacarum aut commentariis suis Syriace adscripsissent, secutus ea in scholia sua receperit. Ut enim taceam, nostrum ita raro textum Hebraeum laudare et rationem, qua varios versionis simplicis reliquarumque versionum locos critice et hermeneutice tractaverit, satis ostendere, eum, si vere illum consuluisset, aliter exposuisse et diiudicasse hos (cf. *proleg.* V. VIII. IX.); illi ipsi loci, quibus modo laudatis verba auctoris Hebraei affert, probare videntur suspicionem nostram. Etenim Ps. 33, 2 habet: حنّا هذا صحيح هو g) نابلس هذا أمر إنّه أنف لهم. „*Chenoro nomen est Syriacum, in textu Hebraeo autem legitur Niblo* (נֵבֶל), *quemadmodum dicit Origenes.*“ Quae vero parum cum textu Hebraeo consentiunt; etenim in hoc τῷ حنّا respondet כִּנּוֹר et τῷ نابلس נֵבֶל עָשׂוֹר; videtur igitur noster hoc loco Origenem temere esse secutus, quem tamen num recte laudaverit et intellexerit, diiudicare non possum, quum locum, quem noster respiceret, non invenerim. Ps. 10, 1

a) v. not. 4. 3.
b) Wisem. l. l. p. 103. *Polygl.* t. I. prolegg. p. 91.
c) Bruns. in Repert. l. l. p. 191.
d) Id. in Kennic. diss. gen. Braunschw. 1783. p. 34.
e) Bruns. in Rep. l. l.
f) Kirsch. l. l. p. 200.
g) Bruns. habet l. l. هذا, per errorem typogr., ut videtur.

dicit: ܗܘ ܕܒܟܬ ܒܥܫ ܒܟܬ ܒܥܫ ܒܟܠ ܙܒܢ. „*Et in aliquot codd. Hebraeis pro* διάψαλμα (lectio Graeca est, quam affert noster) *scribitur: semper.*“ Apparet autem, puto, ex his Barhebraei verbis, eum lectionem aliquam discrepantem a Graeca ex codd. Heb. afferre voluisse; quod tamen non potuit textu Hebraeo inspecto; nam verba ܒܟܠ ܙܒܢ, *omni tempore*, nonnisi efficiunt interpretationem variam eiusdem vocis Hebraeae סֶלָה, quam LXX exprimunt: *διάψαλμα*, et quam Aquila convertit *ἀεί*. De Ps. 5, 1, qui locus sententiae nostrae etiam favet, cf. not. 3. 4. Ps. 68, 14. pro verbis Hebraeis בֵּין שְׁפָתַיִם apud nostrum leguntur ܒܝܢ ܫܢ, *in terra pulveris*, quasi pro שְׁפַתַּיִם, *crates pecuariae*, esset אֶשְׁפָּתוֹת, *sterquilinia, fimeta.* Ps. 40, 7 laudat vocem Heb. אָזְנַיִם Syriacis litteris scriptam ܐܣܬܢܝܐ, quam explicat ܐܡܟܝ, *auditus;* at potius debuit pro hac ponere ܐܘܕܢ, *aures.* Iob. 26, 13 pro voce Hebr. בָּרִיחַ dedit ܥܩܠܛܢ, *tortuosus*, quasi vox Hebraea a Syriaca, quam int. simpl. adhibuit, sc. ܒܪܝܚ, *qui fugit, fugax*, discreparet; sed potius ista conversio bene ita convertit vocem בָּרִחַ; ܐܡܐ autem in eadem versione respondet verbo חֹלָלָה pariter atque ܚܝܠ, quod noster reposuit, quamquam posterius melius esse videtur. Ceterum puto, nostrum hoc loco Hebraeum laudare aut ex eodem fonte, unde *Ephraemus* a) hausit, aut ex hoc ipso; uterque enim eadem prorsus verba Hebraei affert, tantum quod Ephraemus pro ܥܩܠܛܢ, quod verbum Ies. 27, 1 le-

a) cf. eius opp. ed. Benedict. Rom. 1740. tom. II. pag. 11. A.

gitur, habet ܨܒܨܒܢ a), quae vox rarissima a nostro forsan commutabatur cum alia usitatiore, qualis est prior; ita ut iste locus Barhebraei fidem afferat versioni Latinae scholiis Ephraemi appositae, quae ܨܒܨܒܢ expressit: *tortuosus*. Quicunque vero auctor fuit verborum istorum ex Hebraea in Syriacam linguam translatorum, is voces Hebr. בָּרַח et עַקַלָּתוֹן, quae Ies. 27, 1. Syr. ܟܣܟܣܢ respondet, confudisse videtur.

V.

Similia fere ac de textu Hebraeo, dici possunt de *Graeco τῶν ο΄*, quem, ut ipse in prooemio horrei profitetur, b) saepe affert cuiusque codd. eosque vetustos a se adhibitos confirmat, v. c. ad Ps. 5, 9. c) Ps. 8, 2. d) 14, 3. e) Constat enim quidem et Barhebraei ipsius testimonio, f) et consensu, qui inter verba Graeci ab eo Syriace allata et textum codicum versionem Syrohexaplarem continentium g) intercedit et qui raro tantum discrepantiis minoris momenti, de quibus infra sermo erit, turbatur: nostrum, quas ex Graeco attulerit lectiones, ex illa ipsa interpretatione a *Paulo* epi-

a) Michael. in lex. Cast. pag. 780. habet ܨܒܨܒܐ, quod mutandum.

b) Kirsch. l. l. p. 145. l. 2. 3.

c) v. specim. ad h. l.

d) *Pol.* t. VI. exc. Loftus., quo loco noster dicit „*Syriacos τῶν ο΄ codices.*“

e) *Pol.* l. l.

f) Kirsch. l. l. p. 145 l. 15 seqq. col. Ps. 8, 2 (v. not. d).

g) Cod. *Ambros.* et *Paris.* (cf. Eichh. Einleit. ins a. T. p. 181.)

scopo Telae confecta sumpsisse; sed tamen quaeritur, an praeter hanc textum Graecum τῶν ο′ ipse inspexerit et contulerit cum ea. Quod ut fere negem, haec praesertim me movent: *primum*, quod si vere textum Graecum adhibuisset, varios locos aliter et rectius quidem intellexisset; cuius rei ut luculentius exemplum proferam, Ies. 66, 5, quem locum noster in *libro splendorum* seu grammatica linguae Syr. maiore laudat int. simpl. vituperandae causa, a) Hebr. leguntur אָמְרוּ אֲחֵיכֶם שֹׂנְאֵיכֶם, *dicunt fratres vestri odio habentes vos*, quae int. illa reddit: ܐܡܪ̈ܘ ܠܐܚ̈ܝܟܘܢ ܣܢ̈ܝܢ̈ܐ ܠܟܘܢ, *dicite fratribus vestris odio vos habentibus* (pronuntiaverunt enim אָמְרוּ); Syrus vero hexaplaris teste Barhebraeo habuit: ܐܡܪ̈ܘ ܠܐܚ̈ܝܟܘܢ ܕܣܢ̈ܝܢ̈ܐ ܠܟܘܢ, quibus verbis Graece respondent haec: εἴπατε ἀδελφοὶ ὑμῶν τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, ita ut ܐܡܪ̈ܘ pro imperat. sit habendum. Iam vero ut omittam, et int. simpl., et Syrohex. a textu Hebraeo male aberrare; quis non videt, Graeci lectionem, si ܐܡܪ̈ܘ, ut debet, pro imper. sumatur, utpote insanam praeferri non posse interpretationi simplici, quae certe sanior est putanda; et tamen noster hoc facit. Quid igitur restat, nisi Barhebraeum perversa sectantem volueris, quam ut statuas, eum formam modo dictam pro 3. pl. praet., quod licet, accepisse, unde saltem melior exstitit sensus Syrohexaplaris, quamquam vel sic simplici non anteponendus; sed potius, si textum Hebraeum vidisset, utrumque reiicere debuit. Alius locus in schol. ad Ps. 5, 1 (v. not. 9.) legitur, qui eandem movet suspicionem; alius etiam Ps. 19, 4, b) ubi Hebr. offert: אֵין־אֹמֶר וְאֵין

a) Ass. b. o. II. p. 279. col. 2.
b) *Polygl.* t. VI. exc. Loft.

דְּבָרִים בְּלִי נִשְׁמָע קוֹלָם, pro quibus int. simpl. apud Barh. habet: b) ܠܐ ܡܠܝܗܘܢ a) ܠܐ ܡܠܐ ܐܠܐ ܡܠܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܩܠܗܘܢ c) ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ, int. Syroh. autem: ܠܐ ܐܠܐ d) ܡܫܬܡܥ ܠܐ ܐܠܐ ܠܐ ܡܫܬܡܥ ܩܠܗ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܐ ܐܠܐ ܡܫܬܡܥ ܩܠܗ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܐ ܐܠܐ ܡܫܬܡܥ ܩܠܗ e) ܠܐ ܡܠܐ, quae verba Syrohexaplaria noster dicit „opposita iis, quae in int. simpl. legantur, quippe quum illa significent, omnino non audiri vocem eorum (sc. ἡμερῶν καὶ νυκτῶν), haec autem, omnem vocem audiri in sermone eorum“ (sc. dierum, noctium et rel.). Statuas igitur necesse est, nostrum verba hexaplaria ita intellexisse: „Non est (sunt) sermo neque verbum (aut: sermones, verba) eorum (ܠܐ ܡܠܝܗܘܢ sc. ἡμερῶν etc.), quorum non auditur vox,“ h. e. non loquuntur ii, quorum etc. Iam vero si inspexisset Graeca, οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν, aliter de re iudicasset; illud ܠܐ ܡܠܝܗܘܢ enim non convertendum est: „eorum,“ sc. dierum etc., sed potius respondet τῷ ὧν et illud ܗ in ܠܗ referri debet ad suff., quod latet in ܩܠܗ et Gr. αὐτῶν exprimit; ὧν αὐτῶν vero ad λαλιαὶ et λόγοι pertinent atque ܗ modo dictum, quod fere pleonasticum videtur, indicat hoc loco arctum, qui inter ܠܐ ܡܠܝܗܘܢ et suff. ܩܠܗ intercedit, nexum. Pertinent huc etiam loci, qualis Ps. 18, 2, ubi cf. not. 36. f) *Deinde* offendere debet, quod ubi textus Syrohexaplaris, quem noster ante oculos habuit, discrepat ab ipso Graeco, huius

a) *Polygl.* ܡܠܐ.

b) *Polygl.* dant ܠܐ ܡܠܝܗܘܢ.

c) *Pol.* ܩܠܗ.

d) *Gr.* λαλιαί.

e) *Gr.* λόγοι.

f) Eandem sententiam de *novo testamento* amplexus videtur Bruns. in diss. gener. Kenn. p. 36.

rei ab eo mentio prorsus non fit, v. c. Ps. 18, 1 (not. 35). 5, 1 (not. 8). a) *Denique* iis locis, quibus conversiones ex Graeco τῶν ο' textu factae, Aegyptia igitur et Armeniaca, aut inter se, aut ab illo ipso dissentiunt, discrepantes earum lectiones non diiudicat secundum illum; quod tamen exspectatur, si eum verba Graeca consuluisse putes; cf. v. c. Ps. 5, 9. 10. 8, 5. b) 18, 26. 33. 40. 44. Idem valet de iis locis, quibus codices Syrohexaplares ipsi lectionis varietatem praebent, v. c. Ps. 5, 9. 14, 3. c)

Quibus quidem, ubi plura Barhebraei scholia pluresque interpretationis Syrohexaplaris libri innotuerint, aut confirmandis aut refutandis iam pauca liceat adiicere de ratione, quae inter textum Syrohex., quem noster laudat, eumque, quem Bugatus d) e cod. Ambros. edidit, intercedat. De qua vero, quantum ex paucis, quae suppeditant Ps. 5 et 18, exemplis est colligere, similia fere dici possunt iis quae Bruns. e) v. cl. de codice Parisiensi quartum librum Reg. amplectente affirmat, quem scilicet „cum fragmentis a se ex

a) Adiecerim h. l. Ps. 8, 1. (*Polygl.* t. VI, exc. Loft.), ubi legitur sing. ܕܒܝܫ (quod mutandum videtur in ܕܒܝܫܐ) pro plur. ληνῶν; 14, 3: ܚܣܝܢ ܚܠܫܐ pro τάφος ἀνεῳγμένος (ibid.); 19, 4 (v. pag. anteced. not. e. d.); 16, 2 : ܠܝ ܐܡܪܬ, Gr. τῶν ἀγαθῶν μου (Wisem. l. l. p. 142 et Walt. in proll. t. I. p. 91). Possunt tamen his locis, excepto fortasse postremo ob variorum testium consensum, inesse errores typograph. aut librar.; quamquam rursus verosimile est, Barh. ipsum textu Graeco non adhibito nonnunquam de punctis laborasse.

b) Wisem. l. l. p. 143 sq.

c) *Polygl.* t. VI exc. Loft.

d) Caiet. Bugatus: Psalmi secundum edit. LXX intt. Mediol. 1820.

e) Eichh. Rep. t. VIII. p. 90 sq.

Barhebraeo excerptis accuratissime congruere“ ait; quod tameu minus valere videtur de nominibus interpretum variis interpretationibus appositis, in quibus Barhebraeus et codex ille saepius dissentiunt, cuius rei causa cf. IV. Reg. 2, 8. 3, 4. 4, 39. 25, 18. a) Plerumque enim ed. Bug. quoque cum nostro accurate congruit, pluribus tamen locis variae offendunt lectiones, quae licet minoris sint momenti, varium tamen admittunt iudicium et in haec potissimum genera dispesci possunt: a) Barhebraeus videtur passim verba Syriaca, quod iam supra de versione simplice observatum est (prol. III. p. 8), negligentius laudasse, v. c. Ps. 5, 2. 18, 32. 19. 41, quibus locis ed. Bug. ﻪﻟ cum suff. offert, Barhebraeus autem suffixum nominibus annectit, quorum quidem illud magis esse ex indole vers. Syrohexaplaris, satis superque probant Ps. XIV et XVII. a Bernsteno v. c. edit. alteri chrest. Kirsch. inserti. (pag. 157. 159.) (cf. not. 17 ad Ps. 5.) Deinde huc pertinent: Ps. 18, 8 (not. 40), 5, 8 (not. 21), 18, 8 (not. 38). b) Pluribus locis indoles versionis Syrohexaplaris et textus Graecus lectionem Bugati ei quam Barhebraeus dat, praeferendam suadent, v. c. Ps. 5, 1 (not. 8). 10 (n. 27). 13 (n. 33). 18, 1 (n. 35). v. 34 (n. 66). v. 36 (n. 70). v. 37 (n. 71). c) Neque desunt loci, ubi dubium, uter textum Syrohexaplarem rectius attulerit, quo referuntur Ps. 5, 1 (n. 12). 18, 12 (n. 46). v. 17 (n. 50). v. 27 (n. 56). v. 37 (n. 71). v. 43 (n. 72). d) Aliis denique locis lectio Barhebraei ad corrigendum textum Bugati adhiberi potest, ut Ps. 5, 1 (not. 8). 18, 16. (vid. not. ad vocem ﻣﺎﺷﺎﻳﺒﻪ textus Syr.) v. 30 (n. 62).

a) Eichh. l. l. VIII. IX. X.

Quod reliquum, noster versionem Syrohexaplarem ad Iobum plane non laudat, ad Pentateuchum, ut Bernstenius v. c. me docuit, pluries quavis pagina, item ad Ios., Iud., Sam., Reg., Proverb., Ecclesiasticum, Coheleth (semel tantum), Cant. Cant., ad librum Ruth nullibi, ad Ies., Dan., Ierem. persaepe, ad Ezechielem nullo loco, ad quosdam ex Prophetis Minoribus, ad Psalmos denique, quod ex Ps. 5 et 18 apparet, satis frequenter.

Praeter LXX. intt. noster haud raro affert *Aquilae, Symmachi, Theodotionis, edit.* V et VI lectiones, ac praecipue quidem primorum duorum; quas versioni *τῶν ο'* Syriacae adscriptas eum invenisse, per se admodum est verisimile et confirmatur cod. Ambrosiano, qui easdem fere, quas Barhebraeus, habet a). Minoris autem has versiones ab eo habitas esse momenti, quam LXX intt., inde fere concluseris, quod in prooemio horrei b) ait, „*se iis minus ad confirmandam* (ܠܡܬܩܢܐ)," quod de illis affirmat paullo ante, „*quam ad illustrandam* (ܠܡܬܩܢܐ) *Simplicem usum esse.*"

a) Aquilae et Sym. fragmenta plura leguntur Ps. 5. 18. Theodotion laudatur v. c. ad Ps. 7. tit. (Polygl. t. VI exc. Loft.) Ed. V ad Ps. 39, 8. 49, 11. (Bruns. in Repert. t. XIII, qui a p. 184 plura profert exempla lectionum Syrohex. e Barh. cf. eundem ib. t. VIII — X in *cur. hexapl.* ad IV l. Reg. Hasse bibl. or. Aufs. p. 6 sqq.)

b) Kirsch. chrest. ed. B. p. 145. l. 4. 5. Falso cel. Assem. convertit: *Pentapla, Hexapla,* pro: *versio* V, *versio* VI. Item Hoffm. v. cl. in Berth. krit. Journ. XIV p. 270, qui vero recte p. 271 dicit *vers.* V. In textu enim Syr. legitur: ܒܣܕܪ ܕܐܬܘ sc. ܡܕܝܢܬܐ, *editio,* quae vox additur ap. Bruns. (v. n. a.)

Samaritanam versionem ad Gen. c. 4 a Barhebraeo allatam dicit *Assemanus* a). Quodsi v. ins. recte citavit neque codex Pentateuchi Samaritani ipse potius a nostro adhibitus est, illa interpretatio intelligenda videtur, quae auctoris aetatisque incertae ex codice modo commemorato fluxit b).

Versio *Armeniaca* et *Aegyptia* a Gregorio saepe Ps. 5. 18. laudantur, utraque vero ad Psalmos tantum c).

Versionem Arabicam semel ad Ps. 18, 30. citatam invenire licet (cf. not. 61).

Harclensis (سنحكما) versio Syriaca a *Thoma Harclensi* (a. p. C. 616) nomen habens nonnisi ad novum testamentum usurpatur d).

De *Iacobi Edesseni* editione v. t. vide quaedam in not. 28 ad Ps. 5.

VI.

Praeter versiones S. S. *commentatorum* quoque *Iudaeorum, Graecorum* et *Syriacorum* adiumenta non respuit noster, quorum, quum ex iis, quos duces quisque elegit, ipse optime cognosci possit, ordinem breviter nunc recensebo. Ac primum quidem ex *Iudaeis* nomine appellat *Assaphum sacerdotem Hebraeum et fratrem Esrae scriptoris.*" (a. 458

a) B. O. II. p. 283 col. 1, quo loco omnes paene, unde hauserit Barh., fontes enumerantur.

b) de Wette Einl. ins a. T. ed. III. §. 63.

c) V. not. 29 ad Ps. 5. Wisem. p. 142. *Aegyptia* est *Coptica*, ut putant Wisem. l. l. et Bruns. (Eichh. Rep. XIII p. 186.)

d) Wisem. p. 204 n. 20. Ass. b. o. II p. 94 no. IV. Kirsch. chr. ed. B. p. 145. l. 13 sqq. Eichh. Einl. ins a. T. ed. IV §. 269. Idem me docuit Bernst. v. c. ipse.

a. C.) a) Aliis autem locis *Iudaeos* et *Hebraeos* simpliciter vocat, v. c. in prooemio ad Iobi scholia et Iob. 41, 25. b)

Graecos deinde scriptores hos laudat: *Iulium Africanum* († c. a. p. C. 232) presbyterum Nicopoleos Palaestinae, quem Assem. frequenter citatum dicit monens simul, eum modo *Iulii*, modo *Africani* nomine appellari, ita ut dubitare possis, an utrumque eandem significet personam. Videtur autem idem a nostro laudari initio prooem. ad Iob. verbis: ܝܘܠܝܐ ܩܕܝܫܐ, *sanctus Iulius* c). *Hippolytum* episcopum (c. a. p. C. 220). d) *Origenem* († 254), qui nominatur v. c. Ps. 33, 2. e) *Iulium Papam* († a. 352). f) *Athanasium Alexandrinum* († 372 p. C.) ad Ps. 5, 1, g) Ps. 1, ad Gen., Exodum et mult. al. loc. teste Bernst. v. c. *Basilius Magnus* episcopus Neocaesareae Cappadociae († a. 379) bis in Genesi citatur teste Bernst., v. c. ad Gen. 1, 2 ex homilia h). *Gregorius Nazianzenus* († a. 390.) i), cuius operum duae apud Syros erant interpretationes Syriacae, altera *Iacobi Edesseni*, altera *Nestorianorum*. *Epipha-*

a) Kirsch. chr. ed. B. p. 186 l. antepen. Affertur idem in *chron. Barh. Syr.*, quod ed. Bruns. et Kirsch. p. 10 l. 19.

b) Kirsch. chr. ed. B. p. 187 l. 3 et p. 209.

c) Ass. b. o. II p. 129 c. 1. coll. III, 1 p. 14. Kirsch. l. l. p. 186 l. 5.

d) Ass. III, 1 p. 15 c. 1. p. 607 c. 2, ubi scholia eius Syriaca commemorantur.

e) Bruns. in Eichh. Rep. XIII p. 191.

f) Inter scriptt. Gr. a Barh. citatos refertur ab Ass. II p. 295. Anaphora eius Syr. commemoratur *ib.* I p. 574, V.

g) V. not. 15 ad Ps. 5.

h) Ass. I p. 68 c. 1. Opera eius Syr. exstabant. (Ass. I p. 475 c. 2 et III, 1 p. 20 n. 1.)

i) Ass. II p. 307, 10 coll. III, 1 p. 23.

nius († a. 402) initio prooem. ad Iobum laudatur a). *Ioannes Chrysostomus* († a. 407) citatur in eod. prooem. nomine: صبها أحلاهم, *S. Ioannes* b). *Theodorus Mopsvestenus* († c. a. 428), Nestorianorum pater dictus a *Barsalibaeo*, cuius opera Syriace convertit *Ibas* episc. Edessenus (a. 436) et *Babaeus* Seleuciae et Ctesiphontis episcopus (a. 496). Laudatur etiam init. prooem. Iob. c) *Cyrillus Alexandrinus* († 444) d). *Severus Antiochenus* patriarcha Iacobitarum († a. 539), cuius opera *Paulus* Callinici episcopus (a. 503) et *Iacobus Edessenus* in linguam Syr. transtulerunt e).

Syrorum porro scriptores apud nostrum laudantur: *Ephraemus* († 378 p. C.), cuius commentarii ad Pentateuchum, Ion., Ierem. et quidem ad Gen. et Exod. breviores illi *res* tractantes in horreo excitantur teste Assemano, v. c. ad Gen. 1, 2. Ion. 3, 3. Ierem. prooem. f) *Iacobus Sarugensis* († 521 p. C.) episcopus Batnarum Mesopotamiae, interpres v. et n. t., laudatur a Barhebraeo ad Gen. 6 et in Matth.,

a) Kirsch. chr. ed. B. p. 186 l. 5. Videntur eius scripta Syriace exstitisse, cf. Ass. I p. 607 c. 2. t. II p. 499 col. 2. p. 502, XXVIII.

b) Kirsch. l. l. lin. 5. Ass. III, 1 p. 24 n. 6 frequenter allatos dicit eius sermones. Opera autem eius Syr. commemorantur I p. 475 col. 2. Berth. Journ. l. l. p. 273.

c) Kirsch. l. l. lin. 14. Ass. II p. 158 c. 1. I p. 9 sq. 199 sq. III, 1 p. 85. Berth. l. l. p. 265. 273.

d) Scripta eius Syr. fuisse videntur, cf. Ass. I p. 607 c. 1. p. 562 c. 2. t. II p. 502, XXVII et XXVIII.

e) Ass. I p. 469 c. 1. II p. 46. 321.

f) Ass. b. o. I p. 67 sq. p. 70 c. 2. p. 72 c. 1. II p. 129 c. 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27850/fragment/page=00000035

utroque loco ex sermonibus, quos conscripsit. a) *Philoxenus Mabugensis* († p. a. 522) episcopus Mabugi seu Hierapoleos Syriae, qui et *Xenaias*, comment. in S. S. et versionis Philoxenianae auctor, Iacobita, citatur ad Matth. 20, 22 ex commentariis. b) *Iacobus Edessenus.* c) *Danielis Salachensis* episcopus urbis Salach in Mesopot. sitae, qui floruit c. a. 700, *Iacobi Edesseni* et *Georgii* Arabum episcopi aequalis auctorque expositionis in Psalmos. d) *Georgius* Arabum episcopus Iacobita († 724). e) *Ioannes* episcopus Darae in Mesopotamia sitae (a. 837). f) *Moses Barcepha* († a. 903) cognomine *Severi* episcopus urbis Beth Raman ditionis Niniviticae, Iacobita, interpres v. et n. t. g) *Ioannes Maro* (مصلا وصنوبر) monachus Iacobita († 1017), diversus a *Ioanne Marone* patriarcha Antiocheno (a. 700), semel laudatur in libro Sapient. h) *Dionysius Barsalibi* episcopus Amidae urbis Armeniae († 1171), interpres v. et n. t., Monophysita. i) *Davides Monachus*, Pauli filius, episcopus Iacobitarum incertae aetatis. k)

a) Ass. I c. XXVII p. 283 sqq. p. 296 c. 2. p. 327 c. 1. p. 339 c. 1.

b) Ass. II p. 10 sqq. p. 23 c. 1.

c) V. not. 13 ad Ps. 5.

d) Ass. I p. 495.

e) Ass. I p. 494 sq. coll. II p. 160. 335. 338.

f) Ass. II p. 118 sqq. p. 278 c. 2. p. 219 not. 1. p. 474 c. 1.

g) Ass. II p. 127 sqq. col. p. 218.

h) Ass. II p. 283 sq. 350 sq. III, 1 p. 189 no. 5. Ex quibus sunt corrigenda quae Ass. habet t. I p. 510.

i) Ass. II p. 156 sqq. coll. Bertholdt: Journ. l. l. p. 265 — 68.

k) Ass. II p. 243 coll. I p. 518.

Praeter hos in prooemio ad Iobum a) *Arud* (ܐܪܘܕ) quidam a Barhebraeo laudatur, qui eum hoc loco „*Chaldaeum* (i. e. astrologum) *Punicum ex Tyro*“ et in chron. Syr. p. 10 l. 17 „*Cananaeum*“ (ܐܪܘܕ ܟܢܥܢܝܐ) dicit. Fortasse alius non est ab eo, quem Assemanus inter Ephraemi discipulos, qui a vera fide aberraverint, refert a Graecis *Arovandrum* dictum et eloquentiae laude celebratum. b)

Saepius denique noster fontes nominatim non affert, sed simpliciter scribit: „*aliquot*,“ vel: „*alius*,“ vel: „*interpretes*;“ cf. Iob. 9, 9. 15, 10. 16, 7. 24, 6. 26, 14. 30, 7. 32, 2. 39, 13. 40, 11. 41, 25. (v. Kirsch. chr. ed. B.) Ps. 18, 44, quibus locis ܐܢܫ, „aliquot;“ Iob. 41, 25, ubi bis ܐܚܪ, „*alius*,“ et Iob. 12, 18, ubi ܡܦܫܩܢܐ, *interpretes*,“ legitur.

VII.

Iam vero ex hoc fontium indice, qui ostendit, nostrum optimos quosque, ecclesia Latina excepta, interpretes, qui ante ipsum S. S. operam dederant, cognitos habuisse et adhibuisse rationes eorum theologicas non curantem, id, puto, apparet: eum vix omnium eorum opera inspexisse, sed potius ex aliis eiusmodi collationibus ante iam factis multa hausisse. Qua in re magnopere eum adiutum duxerim a codd. versionum, qui ei praesto essent, ac praesertim quidem a

a) Kirsch. chr. ed. B. p. 186. l. 11. 19.

b) Ass. I p. 38. not. 1 et pag. 145. coll. II pag. 313. Ass. l. postr. scribit ܐܘܪܕ et I p. 145 ܐܘܪܕ, pro quo vero in al. cod. legitur ܐܘܪ; at puto melius pronuntiari ܐܘܪܕ, quum in *Hist. Dynast.* p. 19 l. 9 Arabice legatur أروذ et si altera lectio praeferenda esset, Barhebr. eam utpote difficiliorem vocali P'thocho adscripta notasset.

Graecis Syr. conversis, quos multa veterum interpretum scholia variasque lectiones continere, quem fugit? Atque luculentissime hoc manifestat codex Ambrosianus et cod. Paris. Syrohex., in quorum margine non solum versionum, sed etiam commentatorum Graecorum Syrorumque varia fragmenta leguntur; a) deinde opus illud, quod Assemanus in indice codd. Syriacorum t. II b. or. affixo, pag. 607 no. III affert, codex scilicet aliquis scholiorum ex Graecis Syriacisque interpretibus petitorum, et quae ante nostrum alii, v. c. *Barsalibi*, quem noster ad imitandum proposuisse sibi dicitur, b) hoc in genere praestiterunt. Unde igitur ex parte saltem intelligitur, cur Barhebraeus saepe brevissima tantum, paucissima et nomine auctoris carentia laudaverit aliorum scholia. Copia vero praesidiorum in aliis S. S. libris alia nostro affuisse videtur; quae enim in Psalmis ex interpretationibus S. S. variis desumere ei licuit fragmenta, in reliquis libris s. aut non, aut rariora deprehenduntur; quorum quidem illud, si unicum locum Iob. 2, 11 excipias, ubi recensio Nestoriana affertur, in Iobum cadit. Neque vero offendere debet, quod Psalmi potissimum eiusmodi fragmentis abundent apud nostrum, quum magna eorum auctoritas ususque frequens ante illum alios procul dubio iam adduxisset ad accuratius in iis elaborandum, et eum ipsum, ut iis praesertim magnam impenderet diligentiam, moverit. Ceterum vel ea, quae noster *Hebraei* nomine adscripto excitat fragmenta, ex codice aliquo Syrohexaplari desumta esse possunt; eodem enim nomine aut textus Hebraeus in sermonem Syr. translatus legitur, aut quaedam de eo observan-

a) Eichh. Einleit. t. II pag. 183.

b) Ass. II p. 282 col. 2.

tur in cod. Ambros. et Paris., v. c. ad IV Reg. 14, 31. 39. 11, 10. Ezech. 21, 4. (Heb. v. 9.) a)

Sed haec sufficiant de adiumentis, quibus instructus noster ad opus accessit; iam vero de ipsa, qua S. S. tractaverit, ratione critico-hermeneutica disputetur, quantum per rerum inopiam licebit.

VIII.

Criticae sacrae, quae apud Syros inde a Iacobo Edesseno demum feliciori progressu gaudere incepit et Barhebraei aetate quamvis laetiorem iamiam de se spem inchoari iuberet, tamen in incunabulis erat, qui magna ex eius Scripturae Sacrae tractandae ratione emolumenta exstitura putaverit, haud parvo in errore sit versatus. Quamquam enim haereticus fuit noster, quod vel unum haud exiguam ipsius hac in re exspectationem movet; tamen ecclesiae, cui erat adstrictus, et opinionis consuetudine nimis inveteratae vinculis retinebatur, quominus multa nova, multa etiam audacius dicta constitueret. Unde factum, ut, quam partem artis criticae, si aliunde colligere liceat, haud infeliciter attigisset, eam prorsus fere ab eo neglectam videres, *altiorem* dico, quam vocant *criticen in aetate, auctore, authentia et integritate singulorum librorum eorumque partium eruendis diiudicandisque positam.* b) Videtur quidem,

a) Bruns. in Repert. t. IX. Eichh. l. l. et pag. 210.

b) Quod huc trahi potest, altioris criticae a Barh. adhibitae exemplum, est *Dionys. Alexandr.* († 265 p. C.) sententia de *Apocalypsi* dicta, quam Barhebraeus quidem in Nomocanone repetiisse dicitur, novis tamen quibusdam non auctam. cf. Ass. b. o. III, 1 p. 15. not. 5.

quae huc pertinent, paucis verbis attrectasse in prooemiis singulorum librr. ss. scholia praecedentibus; sed ea quae ad Iobum hac de re attulit, accuratius in eam inquisivisse ipsum minime probant. Neque vero negari potest, nostrum nihil tale de se professum esse in prooemio operis sui, sed potius aliud quid supra (proleg. II pag. 5) indicatum. Maiorem igitur in ea artis criticae parte curam ac diligentiam collocavit, qua *textum Syriacum daret emendatum iudiciumque ferret quum de eius, tum de reliquorum interpretum lectionibus et interpretationibus inter se aut congruentibus aut discrepantibus;* quamquam eius quoque rei documenta minime sunt frequentia, plura etiam rationem non utique comprobandam ostendunt.

Ac primum quidem ad *textum translationis simplicis* quod attinet, iam supra (prol. III) vidimus, nostrum plurium codicum et recensionum collatione instituta in eo elaborasse, ut illum satis incorruptum exhiberet; quantum vero hac in re ipsi, quantum praestantiae codicum ab ipso adhibitorum et ante eum aliorum labore emendatorum debeamus, non apparet, quum exiguam tantum lectt. varr. copiam ex codd. int. simpl. in lucem protulerit. Inprimis tamen operam suam bene collocasse videtur in punctis vocalibusque vocibus difficilioribus ambiguisque apponendis; quod quidem ante nostrum *Iacobus Edessenus* praesertim fecerat, a) ipse autem tanta prosecutus est diligentia, ut prius voces punctis apicibusque instruxerit, deinde vero eadem iterum expressis verbis indicaverit, pluries etiam falsam legendi rationem praeterea notaverit; cf. Iob. 3, 12. 4, 15. 7, 6. 11, 6. (Kirsch. chr. ed. B.) Ps. 18, 44. Contra codicum aucto-

a) Ass. b. o. II p. 282. c. 2.

ritatem Barhebraeum textum v. simplicis mutatum dedisse, exemplum quod probaret, non inveni; modo illud excipias, quod nonnunquam seriem verborum locorumque negligens argumentum solummodo verbis paullum mutatis indicat (prol. III p. 8); quod vero raro tantum accidit atque facilius ignoscitur, quum iis praesertim scripserit, qui transl. simpl. manibus tererent et quae verbotenus citarentur, ab iis quae liberius paullo, mox discernerent. Praeterea autem noster *coniecturis* nonnunquam gaudet, ubi codicum lectio minus ei arridet, aut *sensu*, aut *Graeci auctoritate* motus; quod tamen neque inepte fecisse, neque coniecturas suas in textum male intrusisse videtur. Cf. Iob. 29, 19, ubi pro ܛܠܐ, *umbra*, vult ܛܠܐ, *ros*, et sane hoc melius, quum in Hebr. sit טַל (Kirsch. l. l. p. 202). Ps. 10, 5 pro ܩܕܡ ܥܝܢܘܗܝ, *a coram eo*, proponit ܡܢ ܩܕܡ ܥܝܢܘܗܝ, *a facie eius*, quae Polygl. dant, et quidem hoc loco auctoritate Graeci fretus, qui habet (Ps. 9, 26) ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. At hoc loco opus non est ea coniectura; in Hebr. enim legitur מִנֶּגְדּוֹ et Ps. 38, 12 eadem vox Hebr. מִנֶּגֶד eadem Syr. ܡܢ ܩܕܡ a Pesch. redditur; videtur igitur textum Hebraeum non consuluisse. (Polygl. t. VI in excerpt. Loft.) Ps. 49, 16 (v. ib.) pro ܢܫܒܠ, *educet*, legendum censet ܢܫܒܠ (יִקָּחֵנִי), quod in Polygl. exstat et probandum videtur; sed iterum Graecus ad coniiciendum nostrum movet, Hebraei mentionem non iniicit. Iob. 24, 19 (Kirsch. chr. ed. B. p. 199 coll. Ass. II p. 280) praeter sensum *locus quoque, quem parallelum putavit* (Ps. 51, 7), ad textum mutandum Barhebraeum adduxit; sed quamvis coniectura, quam proponit, bonum per se praebeat sensum, tamen propter Hebraeum, quem non inspexit, reiicienda est. Sunt igitur, quae Eichhornius

v. cel. (Einl. ins a. T. II p. 146 sq.) profert: „Barhebraeum in horreo suo mysteriorum ipsum dicere, se simplicem ex conversione τῶν ο′ *pluribus locis mutasse*," prudenter accipienda. Etiamsi enim iste fere sensus prodit ex Barhebraei verbis: „*se interpretationem τῶν ο′ ad confirmandam simplicem*" (ܦܫܝܛܐ ܕܥܒܕ sc. simplicis, quam paullo ante vocaverat „*fundamentum quassatum*"), h. e. ad emendandam, „*multis locis attulisse*" a); suas tamen emendationes in textum non intulit, sed potius in scholiis ipsis ei apposuit, ita ut textum translationis simplicis corrupisse minime dici possit, et si qua inde exstiterint rei criticae detrimenta, haec non Barhebraeo sed aliorum potius imperitiae scholia cum textu confundenti sint tribuenda.

Iam vero *ubi discrepant lectiones int. simpl.*, noster iudicium de iis nonnunquam fert, nonnunquam prorsus tacet. Causam autem, cur alteram alteri praeferat lectioni, plerumque non dicit, sed simpliciter eam aut laudat aut reprehendit addita voce ܫܦܝܪ, *probatum*, aut ܠܐ ܫܦܝܪ, *non probatum*; v. c. Iob. 15, 10. Ps. 18, 44. 107, 23. (Pol. t. VI exc. Loft.) 135, 23. (*ib.*, sed pro 135, 23 legitur per errorem: 136, 1.) Nonnunquam tamen *codicum auctoritatem* respicit et tum quidem plurimum *Syrohexaplari*, minus *Hebraeo* tribuit (cf. Ps. 18, 21. 8, 5 ap. Wis. l. l. p. 143); unde haud immerito forsan concluseris, Barhebraeum textum hunc praesto non habuisse. Aliis deinde locis *sensus verborum* eum impulsisse videtur, ut hanc illi anteponeret lectionem, quod cadit in locum Iob. 6, 16, ubi reiicit dicens: ܠܐ ܫܦܝܪ ܬܫܡܫ ܗܕܐ, *non probandus iste sensus*, coll. Iob. 31, 27. *Grammaticae* denique *lexicorumque auctoritatem* seu *usum linguae* in expendendis lectt. varr. a nostro neglec-

a) Kirsch. l. l. p. 145 l. 2 sq.

tum non fuisse docent loci, qualis Ps. 16, 9 (Pol. l. l.), ubi pro ܒܥܝܐ, *gavisum est* (cor meum), vult ex *regula grammatica* ܒܥܝ; quamquam illa forma est usitata. (Kirsch. chr. ed. B. p. 91 l. 16. 67 l. 17. 109 l. 16.) Ps. 38, 14. 72, 9. (Pol. l. l.) *Dogmaticis* vero *causis* Barhebraeum lectiones aut mutasse, aut diiudicasse, quod probaret, exemplum non vidi. Ps. 72, 17 enim, quo loco Castellus (Pol. l. l.) tale quid suspicatur, noster Graeci auctoritate et sensu potius quam alia re ductus Armeniacam repudiat lectionem. Ceterum iis locis, quibus Barhebraeus sententiam suam de lectione aliqua aut praeferenda aut postponenda profert, hoc nunquam temere sed apti quodam sensu compulsus fecisse videtur; ita ut eo magis sit dolendum, quod tam raro, quid de re sentiat, indicet, etsi non semper rationes eius sententiae subiectae comprobentur.

Restat ut antequam ad alia transeamus, pauca etiam moneantur de *textu* vers. simpl., quem dedit noster, in usum criticum adhibendo. Nempe praeter id, quod supra iam indicatum est, nostrum liberius et negligentius variis locis laudare verba Syriaca, deinde quod multa apud eum legantur melius quam in nostris libris editis (v. prol. III p. 6. 7.), hoc etiam tibi cavendum videtur, ne ad errorem te perducant verba ܨܒܐ et ܐܡܪ, quae Barhebraeus aliis locis ad *lectionis varietatem* indicandam, aliis vero ad *explicationem interpretis alicuius* notandam usurpat, quorum illud facit Iob. 30, 7. 40, 11. Ps. 5, 9, hoc autem Iob. 32, 2. 39, 13. 41, 25; unde quidem facile ambiguum evadere, utrum tandem auctor voluerit, docet locus Iob. 9, 9 (Kirsch. ed. B. p. 194), ubi vox ܐܡܪܝܢ pariter de lectione varia ac de interpretatione cuiusdam intelligi potest, et Iob. 39, 13 (*ib.* p. 206), ubi vox ܡܬܩܪܝ, quod aut converti potest: *vocatur*, aut: *legitur*,

similem admittit dubitationem. Ex eiusmodi igitur locis apparatus criticus non statim augeri debet.

Iam si quaeratur, quomodo Barhebraeus *reliquas, quas contulit, conversiones* tractaverit critice; haud multum huic respondere licet. Etenim perpaucis tantum locis *lectiones codicum Syrohexaplarium et, quos dicit, Hebraeorum variantes* laudat neque iis iudicii quidquam adiicit. Simili autem ratione *variarum translationum fragmenta* inter se collata plerumque simpliciter iuxta ponit, perraro tantum ea diiudicat, rarius etiam causam iudicii affert, quod unica voce ܐܠܐ aut ܐܠܐ ܠܝ denotare solet. Quodsi tamen ex iis quae vidi, coniicere quid licet, eadem in varietate interpretationum existimanda secutus videtur principia critica atque in lectionibus int. simpl. discrepantibus. Plurimum enim hac in re quoque tribuit *auctoritati LXX intt.*, quam caeco fere studio prae reliquis amplexus videtur et amore, vel iis ipsis locis, ubi manifesto a textu Hebraeo aberrat; cf. Ps. 19, 4. 31, 5. 72, 17 (Pol. t. VI exc. Loft.) et Ies. 66, 5. (Ass. b. o. II p. 279 c. 2.) *Hebraeum* autem ad pretium variarum interpretationum constituendum fere non adhibuit atque ubi eius mentionem iniicit, suspicionem movet, se non ipsum eum inspexisse; cf. Ps. 27, 6 (Pol. l. l. et Bruns. in Repert. XIII ad Ps. 26), ubi „*Aquilam et Symmachum*," qui teste nostro pro ܒܫܡܚܐ ܒܫܒܚ, quae est lectio Polygl. cum Hebr. וְאָזַבְּחָה תְרוּעָה congruens, habent ܒܫܒܚ a), „*sententiam Iudaicam* (ܗܝ ܕܝܗܘܕܝ ܕܐܡܪ) *retinuisse*" dicit, quum tamen contrarium eluceat.

Eorum denique, qui ante Gregorium S. S. exposuerunt et quos saepe excitat, interpretum sententias de sin-

a) Sic in Polygl. l. l. scribitur; puto tamen numerum pluralem substituendum.

gulis locis raro tantum ad suum iudicium revocat ipse, quamvis in alia omnia abeant; quod tamen dolendum, quum iis locis quibus id muneris suscipit, haud inepte eo fungi videtur; cf. Iob. 6, 16. 12, 18. (Kirsch. l. l.)

Haec quidem habe de iis, quae ad *inferius artis criticae* genus spectantia singulis locis dispersa apud nostrum inveniuntur. Ad *altiorem* vero *eius partem* augendam quae ex eius scholiis desumerentur, inter ea quae in conspectum mihi venerunt, non legi; quas enim v. c. variorum varias sententias *de tempore, quo liber Iobi sit conscriptus, et de persona eius* in prooemio huius contulit, quum iudicio non sint attrectatae ac praeterea parum probabilia contineant, vix huc referantur. Minus tamen silentio premenda duxerim, quae Barhebraeus *ad bonam interpretationis simplicis existimationem infringendam, LXX vero interpretum auctoritatem confirmandam* attulit in *prooemio horrei* et in *libro splendorum;* quippe quae ad *universam int. simplicis et τῶν ο' indolem* spectantia, quodammodo etiam ad *altiorem* trahi possint *criticam* neque vero exiguam adspergant lucem ingenio nostri critico in universum cognoscendo. Postquam igitur in prooemio quod dixi, „*int. simpl. inventam*“ affirmavit „*ab Origene apud viduam quandam teste Eusebio Caesareensi* a),“ permutans eam, ut videtur, aut cum Syro (ὁ Σύρος), qui in Orig. hexaplis laudatur b), aut cum versione aliqua

a) Kirsch. chr. ed. B. p. 144 l. penult. seqq. Respici videtur h. l. ad Euseb. h. eccl. VI, 16, ubi vero de V et VI int. neque de simplici sermo est, quas scilicet auctor inventas dicit Hierichunte et Nicopoli in doliis neque tamen apud viduam.

b) Eichh. Einl. ins a. T. I §. 207.

Graeca a); de *tempore*, quo sit composita, tres affert sententias b), quarum una nescio quem *Assam sacerdotem* perhibet *auctorem*, nulla tamen arridet, nulla etiam iudicio subiecta est a nostro. Ceterum videtur is tertiam esse amplexus, quae et *Iacobi Edesseni* fuit, quod colligitur ex scholio quodam Barhebraei ad Ps. 10, 4 c), et quae sane probabilior est reliquis duabus. Iam quod ad ipsam *indolem vers. s.* attinet, noster eam dicit „*textui Hebraeo respondentem* d);" quod iudicium in chronico Arab. e) ita repetit, ut istam similitudinem tanquam notam insignem discrepantiae interpretis Syriaci et τῶν ο′ habuisse videatur: paullo post autem eandem illam vocat „*fundamentum quassatum* (هٰذِهِ أَسَّسَ وَخَكَّمَ), *ad quod confirmandum* (h. e. emendandum) *ex Graeco* (LXX) *multa attulerit.*" Atqui hoc quidem loco dubius esse posses, utrum his verbis indicaverit textum int. simplicis librariorum temporumque culpa corruptum, an ipsum interpretem Syriacum reprehenderit; nisi alii loci hoc potius accipiendum satis suaderent. Ad Ps. enim 4, 5 f) lectionem transl. simpl. reprehendens, quae apud nostrum est بقلوبهم pro بقلوبكم, *in cordibus vestris*, quod habent Polygl. et Barhebraeus vult, haec addit: „*hoc unum est ex testimoniis ruditatis* (بصوبو) *versionis istius simplicis;*" quod quidem vituperium nonnisi

a) Wisem. l. l. p. 104 sq.

b) Kirsch. l. l. p. 145 l. 6 sqq. coll. chron. Arab. ed. Poc. p. 100, quo vero loco duas tantum, primam et secundam, refert hac de re opiniones.

c) Wis. l. l. p. 103. Walt. in prolegg. I p. 91.

d) Kirsch. p. 144 l. l.

e) v. not. d.

f) Wisem. l. l. p. 106. Polygl. t. VI exc. Loft.

in interpretem ipsum cadere, quis non videt? At vero non protinus subscribendum censeo huic sententiae, quum utraque illa forma apud Syros veteres in usu fuisse videatur vel a grammaticis recentioris aetatis admittatur a); cf. Iacob. 3, 14. (Pesch.) Iob. 36, 13 in cod. Carcaph. apud Wisem. l. l. p. 254. Deinde huc pertinet locus chronici Arab. supra laudatus, ubi nomen int. simpl. a „*neglecta sermonis elegantia* (لترك البلاغة)" non sine reprehensione quadam deducitur b). Manifestior vero etiam res evadit ex iis, quae Assem. ex *libro splendorum* affert plura c), cuius quidem libri sectio integra ab auctore Barhebraeo ei destinata est, ut probaret: „*multo accuratiorem* (ܙܕ ܫܦܝܪ) *esse versionem τῶν ο΄ simplici*," quarum hanc paullo post ܫܦܝܠ (*rudem, impolitam*), illam autem ܫܦܝܪ (*probatam*) appellat. At *primum* quidem eius sententiae argumentum, quod auctor profert, „*v. simplicem particulis exornantibus* (ܒܠܝܬ ܡܠܬ) *carere*," coram hominibus nostri aevi criticis ad pretium eius imminuendum valere non potest; nam ubi auctor Hebraeus, cuius lingua ipsa eiusmodi particulis profecto non abundat, iis utitur, interpres Syrus fideliter eas exprimit, nonnunquam etiam, iis praesertim locis, quibus verborum coniunctio in Hebraeo paullo durior est, adiicit quasdam, ut part. ܕ, ܐ et ο (cf. Iob. 14, 13. Ps. 6, 2 et not. 49 ad Ps. 18); quibus vero locis particularum ornatu caret textus Hebraicus, interpretis non est ab eo discedere. Neque vero puto aut in Graeca *τῶν ο΄*, aut in

a) Hoffm. gr. Syr. p. 254 not. 10.

b) Wisem. l. l. p. 92, qui tamen notat, verba Arabica hoc exprimentia apud Ecchellensem non legi; neque vero absimilia sunt glossae.

c) Ass. b. o. II p. 279 sq.

Syrohexaplari versione aliud quid inveniri, iis certe in libris, in quibus Graecus vestigia premit auctoris Hebraei; quodsi tamen Barhebraeus hoc putaret, exempla utriusque rei ipsi erant proferenda, quae non dedit. *Alterum* deinde opinionis suae argumentum id putat: „*aperta menda* (ܦܬܝܚܘ̈ ܫܓ̈ܝܐ) *reperiri in v. simplice;*“ quod ut probet, citat locos: Ies. 26, 11. 66, 5. Iob. 24, 19. 31, 27. 1 Sam. 30, 11. Ier. 11, 19. 16, 21. Ezech. 28, 24 a); qui vero omnes„ *ruditatem* (ܣܟܠܘܬܢܘ̈)“ v. simplicis minime ostendunt. Etenim Ies. 26, 11. Iob. 24, 19. 31, 27. Ier. 11, 19. Ezech. 28, 24 interpres Syrus accurate expressit textum Hebraeum et quas Barhebraeus proponit emendationes, neque sensum meliorem efficiunt, et verbis Hebraeis repugnant; unde apparet, eum haec ipsa non respexisse. Etiamsi enim noster verba Syriaca non statim intelligeret, propterea ei mutanda non erant ex arbitrio; contra usum linguae Syriacae autem quod in illis locis inesset et Barhebraeum iure offenderet, non vidi; nam quod idem Ezech. l. l. reprehendit, tert. pers. masc. sing. fut. ܢܬܦܬܚ, quod verbum h. l. impers. positum est, cum plur. fem. ܬܦܝܫܢ ܦܬ̈ܝܚ̈ b) coniunctam esse, id neque contra analogiam linguarum Semiticarum in universum, neque contra ipsam grammat. Syr. factum est. c) Ies. 66 l. l., quo uno loco Graecum cum int. simpl. confert, cum ex proposito ubique hoc facere deberet, hanc illi postponit, sed iniuria; quod quidem ostendimus alio loco, quo eadem Iesaiae verba adhibuimus ad probandum, Barhebraeum tex-

a) cf. G. L. Spohnium: de ratione textus biblici in Ephraem. Syri commentariis obvii. Lips. 1786. p. 44. not. *); qui omnes istos locos recenset.

b) In Assem. legitur falso ܦ̈ܝ̈ܫ *stamina.*

c) Hoffm. gram. Syr. p. 335, 3, a. 354, b.

tum Graecum Hebraeumque non consuluisse (proleg. V pag. 14). 1 Sam. l. l. porro aut librariorum culpa exciderunt verba quaedam Syriaca, initio scil. v. 12, aut interpres Syrus ea non legit in codice suo Hebraeo; at enim vel sic sensus non deest, si ex versu antecedente subaudias haec: ܘܝܗܒ ܠܗ, *et dederunt ei;* nam quae Barhebraeus proponit, sunt contra Hebraeum. a) Unicus denique locus ex iis, quos noster ad suam sententiam confirmandam citavit, Ier. 16 l. l., „*mendum apertum*“ vere exhibuit, quum ܫܡܗ legeretur pro ܫܡܝ, *nomen meum* (quod habent Polygl.); sed hoc potius tribuendum erat corruptae scripturae duas lectt. varr. confusas praebenti, neque referendum inter ea, quae interpreti ipsi obiicerentur. Accedit, quod noster hic quoque textum Hebraeum inspexisse non videtur, quum aliter haesitare non posset inter lectionem ܫܡܗ et ܫܡܝ, quorum illud et Hebraeus et Graecus habent. Iam praeter haec v. t. exempla nonnulla afferuntur ex n., quae praesertim circa peccata grammatica versantur, sed leviora sunt, quam quibus stare possit Gregorii sententia. Transeamus igitur ad *tertiam*, quam profert, rationem longe infirmissimam, scilicet „*discrepantiam testimoniorum a Christo apostolisque laudatorum, quae inter novum et vetus test. int. simplicis intersit; quum contra congruant ea cum int. LXX.*“ Quibus antequam respondeamus, monendum est, textum Syriacum Barhebraei apud Assemanum corruptum videri; nam pag. 280 l. l. col. 1. leguntur: ܗܢܐ ܒܝ ܕܡܫܬܡܥ ... ܗܘ ܕܐܡܪ ܠܝ ܕܡܫܬܡܥ. „*Hic vero* (sc. codex sacer ostendit malam *νῆς* Peschito et

a) Ex his corrigenda sunt, quae Spohnius l. l. col. 1 disputat de „*interpunctione*“ et de „*synchysi detersa.*“

bonam τῶν ο′ indolem) *in concordantia testimoniorum . . . in n. t.* (v. simpl.) *cum 70 interpretibus;*" postea vero, col. 2, haec reperiuntur: ܐܝܬ ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܒܣܗܕܘܬܐ ܕܒܝܬ ܥܬܝܩ ܥܡ ܕܒܝܬ ܚܕܬ ܒܟܠ ܗܢ ܕܡܬܟܬܒܝܢ ܒܝܢ ܬܪܝܗܘܢ. „*Discrepantiam autem testamenti novi in testimoniis cum testamento vetere* τῶν ο′ *haec fere*" (probant). Quae sibi repugnare quis non videt? Iam vero quum quae sequuntur exempla, sint huiusmodi, ut inde probare conetur Barhebraeus discrepantiam v. et n. t. simplicis circa testimonia a Christo ex illo desumta, posteriore loco apud Assemanum aut pro ܗܟܢܐ legendum est ܗܠܝܐ, aut illud ܕ ante ܡܟܬܒ tollendum; aut denique exciderunt quaedam. a) Quibus igitur omissis ut ad rem ipsam redeamus, apparet statim, quam iniuste hoc loco corripiat noster versionem simplicem. Quum enim auctor eius in n. t. Graecum, in vetere autem textum Hebraeum secutus sit, quum porro textus n. t. Graecus τοῖς ο′ respondeat, hi vero cum simplice et cum Hebraeo v. t. minime congruant ubique; quomodo evenire non oportuit, ut n. t. simplex a vetere in testimoniis e LXX petitis abhorreret? Equidem hoc potius verterim in laudem auctoris versionis n. t. simpl., utpote qui fideliter suum neque alienum curaverit textum; ut omittam, esse quoque locos, quibus utrumque testamentum simplex in testimoniis dictis congruat, 70 autem intt. ab eo abhorreant secundum discrepantiam inter ipsos et n. t. Graecum intercedentem,

a) Assem. p. 281 c. 2. convertit: „Quod autem testimonia in n. t. prolata cum locis quidem v. t. versionis LXX conveniant, secus vero cum locis v. t. versionis simpl., haec exempla declarant:" quae ad sensum quidem apta, sed non cum textu Syriaco congruentia fere suspicionem confirmant, aliqua excidisse verba.

v. c. Hos. 11, 1 coll. Matt. 2, 15. Quod reliquum est, videtur fere nimia quaedam nostrum *religio*, ut tale quid inepti pronuntiaret, movisse, quasi in codice s. omnia vel ad minimum usque secum congruere oporteret; quod tamen aliter prorsus se habet. Sed eheu! satis multa de re nullius paene momenti disputavimus, atque si meliora non fuerunt, quae tacuit dicens: „*se pauca ex multis attulisse;*“ a) de his nobis dolendum non est. Ut enim concedamus, int. simpl. non omnibus esse numeris absolutam; hoc minus etiam de Graeca aliave interpretatione vetere affirmari potest, et quae hoc loco noster illi obiicit, eodem et fortasse maiore etiam iure contra 70 intt. afferri possunt, quorum magnam, quam dicit, praestantiam exemplis firmare contra ius fasque supersedisse videtur. Quod vero omnium maxime desideratur, *Hebraeum textum prorsus non adhibuit ad rationem inter int. simpl. et LXX intercedentem recte diiudicandam;* quod vel ex loco postremo contra illam laudato, Ies. 26, 10, b) apparet luce clarius. Est enim istud ab exemplis ante allatis segregandum ac potius tanquam sui generis unicum illis adiectum, ita ut separatim quoque tractandum videatur. Reprehendit autem Barhebraeus h. l. auctorem int. simpl., quod verba: „*tolletur impius, ne videat gloriam Domini,*“ omiserit et pro iis legantur: „*Domine! altitudinem manuum tuarum non videbunt.*“ Atqui duplex in his error est; nam verba illa, quae, ut ipse Barh. profitetur, ab *Ephraemi* sermone quodam sunt petita, c) cum textu Graeco, ἀρθήτω ὁ ἀσεβής, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν κυρίου, congruunt, sed non cum Hebraeo, in quo nihil respondet verbis illis Graecis; recte

a) Ass. b. o. II p. 281 c. 1.
b) Assem. l. l.
c) Ass. b. o. I p. 146 no. 15.

igitur int. simpl. hunc tenens ea non adiecit. Deinde vero illa, quae pro verbis ab Ephraemo citatis in int. simpl. dicit a se inventa, ad v. 11 pertinent et falso ab eo afferuntur, quum pro textu Graeco modo laudato Syrus habeat: „*neque videbunt maiestatem Domini*“ (וּכֹל יִרְאֶה גְּאוּת יְהוָה); itaque haud longe recedit ab Hebraeo int. simpl. et LXX magis quam ille sunt castigandi.

Ex *reliquis*, quas passim Gregorius contulit, *conversionibus* de *Armeniacae* tantum indole in universum spectata critici quid dedit, quod attigi ad Ps. 5 not. 29.

In *commentatorum* denique operibus adhibendis rationem habuisse videtur noster *genuinorum* ab *adulterinis* distinguendorum; cuius rei exemplum legitur apud Assemanum a) ad Gen. c. 6 pertinens, ubi ex *Iacobi Edesseni* auctoritate sermo *Iacobo Sarugensi* adscriptus abiudicatur huic.

IX.

Hermeneuticae, quam vocant, arti quamvis maiorem quam criticae ex proposito dedisse videatur operam; pauciora tamen Barhebraei scholia hucusque innotuerunt, quam ut satis accurate copioseque de eius facultate hac in re cernenda agere quis possit. Quae difficultas in eo praesertim conspicitur, quod scholia nostri hoc usque ad tempus edita ad *poeticos* fere tantum libros, Psalmos et Iobum, pertinent, paucissima ad *historicos propheticosque*. b) Amplexus au-

a) B. O. I p. 296 col. 2; coll. p. 339 no. 224.

b) V. c. ad Gen. 1, 2; (Ass. b. o. I p. 68 c. 1.) ad Gen. c. 6. (*ib.* p. 296 c. 2.) Exod. 1, 8. (Wis. h. S. p. 265 sq.) Ex. 3, 14. (*ib.* p. 25 not. 23.) Exod. 28, 36. (*ib.* p. 208.) Dan. 9, 24 sqq. (Ass. l. l. p. 77 c. 1.)

tem est Barhebraeus scholiis suis utrumque, in quod vulgo dispescitur ars exegetica, genus, et ad *verba*, et ad *res* pertinens; quorum priori in libris quidem poeticis exponendis plus laboris diligentiaeque navasse videtur quam alteri. Ac *verba* quidem pertractans partim quae lexicorum sunt, affert, partim quae *grammatices*, partim denique *propositionum singularum et versuum integrorum sententias* breviter indicat; quorum quidem quae prioribus duobus continentur, ab eo linguae Syriacae peritissimo et grammaticae strenuo cultore saepius recte et cum emolumento studii litterarum Syriacarum, nunquam fere absurde prolata esse, quis non exspectaverit? *Explicat enim noster non solum interpretationis simplicis, sed etiam reliquarum voces singulas earumque inprimis rariores, ambigui quid habentes et ipsius aetate, ut videtur, obsoletas*, quibus substituit in scholiis verba synonyma, faciliora magisque cognita, quae plerumque ex ipsa lingua Syriaca, nonnunquam etiam ex aliis huic cognatis, v. c. Arabica, sunt petita; cf. Ps. 18, 40, ubi vocem ܙܣܝܚܢܝ, *cinges me*, interpretatur adiectis synonymis ܠܒܫܬܢܝ ܘܐܣܬܪܬܢܝ, *vesties me et amicies me* (sc. ܫܠܐ, *robore*). Iob. 5, 2 vocem raram et ex Hebraeo, ut videtur, desumtam, ܩܢܐܗ (קִנְאָה, pro qua alibi in Pesch. ܩܢܐ legitur), reddit Syriaca ܣܥܛܐ, *zelus*. Iob. 7, 16 verba ܡܟܠ ܠܝ, quae *Gabr. Sionita* vertit: „*viribus defectus sum*," a ܡܟܐ, *abscidit*, formam ܡܟܠܐ deducens; a nostro explicantur: „*taedet me*" (vitae, ܚܝܐ ܠܝ), qui scilicet eam a substantivo ܡܟܠܐ, *taedium*, derivat. Iob. 9, 9 vocem Syriacam ܥܡܝܐ (כִּימָה, *Pleiades*) interpretatur Arabica ثُرَيَّا). Ps. 7, 1 (Polygl. t. VI in excerpt. Loft.) vocem Syr. ex Graeco

petitam et Symmacho adscriptam, ܐܝܓܢܝܡܐ (ἀγνόημα) explicat voce Syr. domestica ܠܐ ܝܕܥܐ, *inscitia*. *Aliis deinde locis* verba ex variis translationibus excerpta et eundem fere sensum exprimentia, propterea tantum iuxta posuisse noster videtur, ut alterum alteri illustrando inserviret; inter quos referri potest v. c. Ps. 5, 2, ubi vocem int. simpl. ܟܨܦܝ, *clamorem meum* (audi), accuratius definire videtur apposita Armeniaca ܟܐܓܝ, *orationem meam;* quamquam cogitare quoque licet, eum eiusmodi locis vere discrepantiam quandam, etsi exiguam tantum, interpretationum variarum notare, aut etiam utrumque coniungere voluisse. Haec quidem valent de iis quae noster *ex usu lexicographorum* in scholiis suis profert, quibus vel ipsam *copiam vocabulorum Syriac.* augeri posse docet v. c. Iob. 30, 29 (Kirsch. chr. ed. B. p. 203), ubi vox ܬܢܢܨܐ offendit, quae in lexicis non est, sed ab ipso Barhebraeo explicatur additis ܒܢܝ ܐܘܪܐ, Ar. بنات آوى, *hylaces*, *canes aurei* (Schakale). Iam vero *grammaticorum* exceptis iis quae de *orthographia* et *orthoepia* vocum singularum passim affert (v. *prol.* anteced.), pauca tantum attingit, quae plerumque *ad verborum derivationem a substantivis* (more Syrorum solito), v. c. Ps. 57, 8 (*Pol.* t. VI l. l.), Ps. 18, 12, Iob. 4, 13. 7, 16. 10, 17. 37, 1 (Kirsch. l. l.), *ad genus eorum definiendum* (Iob. 14, 7. 39, 23), *ad flexionem* (Ps. 4, 5 in *Pol.* t. VI et Wisem. p. 106. Ps. 16, 9 in *Pol.* l. l.) aliaque similia spectant; ita ut ab hac parte, quam nimirum minoris noster momenti hoc loco habuisse videtur, vix maiorem praebere possit fructum. *In sententia denique singulorum vers. simpl. locorum interpretanda* ita est versatus Barhebraeus, ut mixta sint apud eum bona malis; quum enim, quod ex quavis fere pagina scholiorum eius apparet, *textum He-*

braeum fere non adhibuerit, sed conversionem illam, nonnunquam tantum aliis interpretationibus, praesertim Syrohexaplari usus, per se solam intelligere et illustrare studuerit, non potuit non multa aliter quam auctor Hebraeus cogitavit et falso interpretari. Cuius rei ut unum ex multis, quae Iobus ab eo expositus suppeditat, afferam argumentum, Iob. 41, 17 verba ܡܟܝܢ̈ ܐ ܘܦܣ̈ܩ̈ܢ ܥܒ̈ܝ, *cuspides magnorum fert* (sc. Leviathan), quibus respondent Hebr. חֲנִית מַשָּׂא וְשִׁרְיָה (sc. בְּלִי תָקוּם), *neque hasta, neque telum, neque lorica* (constabit), a nostro explicantur: ܠܐ ܡܟܣܝܢ ܐܢܫ̈ ܪܒ̈ܪܒ̈ܢ ܕܢܬ̈ܟ̈ܠ̈ܡ̈ ,,*non possunt excogitare* (magnates), *quomodo eum* (Leviathan) *vincant*;“ unde apparet, eum vocem ܡܟܝܢ̈ non pro ܡܟ̈ܣ̈ܢ, *hastae*, aut errore, aut tanquam aliam formam pluralem, positam putasse, quod quidem debebat, si Hebraeam חֲנִית videret, quae 1 Sam. 13, 19. 22 eadem voce Syr. redditur, sed potius contra textum Hebr. a verbo חנן derivasse. Ceterum iste locus alia quoque ratione est notandus, quum inde sicut ex aliis cognoscatur, *Barhebraeum in scholiis textui Syr. adiunctis adhibere solere verba quoad originem et significationem iis similia, quae exponenda sint;* unde saepius intelligatur, aut quomodo auctor ipse verba Syriaca sumserit, aut quomodo eius explicatio inde sit exorta. Etenim l. l. statim perspicitur ex verbo ܡܟܢ, nostrum vocem ܡܟܝܢ̈ sensu *consiliorum, cogitationum*, accepisse neque vero significatione *hastarum*, qua derivatur a verbo ܡܟܝ, Arab. مرن *laevis, lentus fuit*, unde مِرَّانَة, *hasta lenta et subdura;* item Iob. 29, 13 in scholio respondet vox ܡܟܒ̈ܕ̈ܢ, (a) *perditoribus eius*, voci int. simpl. ܐܒ̈ܕ̈, *periturus*. Ib. v. 18 ܐܡܟ̈ܪ in textu refertur ad ܡܟ̈ܟ̈ܢ in schol.; 42, 14 quae sibi respondent in schol. atque in textu, facile deprehen-

duntur. *Deinde*, qua in re noster cum reliquis scholiastis veteribus consentit, *verba e medio contextu excerpere et hunc ipsum parum respicere solet;* unde et reliquis, quae cum illis arcte cohaerent, et ipsi eorum interpretationi in scholiis additae multum multis locis affertur obscuri et ad inique de auctore iudicandum facile quis adducatur. Quibus tamen omissis multa sunt, quae Barhebraeus *durius* et *artificiosius* explicat, quam ut ei assentiri possis, et quae *elegantiore ac subtiliore interpretandi sensu destitutum eum arguant;* quo referendus est procul dubio locus Iobi, quo Behemoth describitur, Iob. 40, 10 sqq., quem de *locusta*, mirabile dictu! intelligi vult hancque sententiam ab initio usque ad finem constanter neque sine *acumine* et *diligentia* quadam defendit. Atque hoc ipsum acumen coniunctum cum *studio ea, quae sensu fere carere videntur, haud intacta relinquendi* multis locis iure quidem denegari ei non potest; id modo doleas, a) quod plurimos locos *brevissime*, itaque *obscurius* tractat, alios interpretatione admodum egentes, quin etiam capita integra ne verbo quidem digna putat, alios denique, in quos contrarium cadit, non omittit, sed pluribus quam opus, illustrat; quae ut uno comprehendam verbo, *quod delectum non habuit aptiorem.*

Pauciora dicenda sunt de ratione, qua vir clarissimus versatus sit circa interpretationem ad *res* pertinentem; quae quum recentioribus demum temporibus ad eum, quem tenere eam fas est, adscenderit locum, non sane mirandum est, si quae in hoc genere praestitit ille, cum eius aliis in rebus perspicua praestantia non sint comparanda. Etenim qua falsa opinione ducti plurimi ante nostrum non solum Syriacae, sed

a) Idem recte iam conquestus est Bootius apud Hott. bibl. or. p. 283 sq.

etiam Latinae Graecaeque ecclesiae patres atque doctores, plurima quae in S. S. ex *temporum, morum librorumque sacrorum indole* accurate contextuique congruenter explicanda invenirentur, quomodocunque possent, ad *aetatem Christi eiusque asseclarum et ad dogmata ecclesiastica* trahere studerent; hanc noster quoque, alioquin homo clariore cognitionis luce collustratus, prorsus missam non fecit. Quam vero perversam interpretandi rationem in quibusdam libris s. hunc in modum antiquitus pertractatis, v. c. in Psalmis, magis secutus esse videtur, quam in aliis, ut in Iobo, cuius in unum tantum incidi locum, notissimum dico illum, c. 29, 25, quem hac ratione explicuit. Unde id, opinor, apparet, Barhebraeum caeco illo, quo *Ephraemus* aliique ferebantur, *rei mysticae studio captum non fuisse*, sed magis fortasse aetatis suae ingenio ,,*debilibusque hominum animis*," quos dicit in prooemio horrei a), se accommodasse, quam ipsum sibi indulsisse hic illic eam amplectendo. Quid quod loco modo laudato duabus praemissis interpretationibus ad Christum pertinentibus tertiam addit ad unice veram propius certe accedentem satisque ostendentem, ipsum non aegre tulisse alias explicandi rationes liberiores illa ab ecclesia recepta. Fortasse autem Barhebraeus ipse hoc loco tertiam istam sententiam cum nexu verborum magis congruentem praetulit, sed noluit expresse impugnare opinionem inveteratam, sicut omnino diversarum loci cuiusdam interpretationum patiens, imo nimis patiens apparet. Quae ut exemplis in utramque confirmem partem; egregium liberioris animi eius documentum in eo cernitur, quod ad Iob. 1, 16, quae auctor Hebraeus de Satana profert, mere fictitia et im-

a) Kirsch. l. l. p. 144. l. 5.

peritioribus nonnisi hominibus accommodata dicit a). *Mysticae* autem *enarrationis* praeter eos, quos Ps. XVIII sistet, hi fere sunt loci: Ps. 8, 1, ubi carmen istud ad Messiam distinctionemque duarum eius naturarum referendum putat b); Ps. 40, 7 c), quem locum ad Christi incarnationem trahit motus, ut videtur, loco Hebr. 10, 5; Dan. 9, 24 sqq., quod vaticinium ad Christi tempora ablegat d). At, quod iam monui, modum his in rebus servat neque quae *historica* sunt, iis postponit; plurium enim Psalmorum argumentum ad auctorum aetatem conditionemque referri noster expressis verbis dicit ac saepius quidem a vero non ita longe abfuisse videtur; cuius rei exempla praeter Ps. V et XVIII habe Ps. VII (Polygl. t. VI in exc.), quem noster de Ahitophelis morte a Davide audita interpretatur (cf. 2 Sam. 17, 23); Ps. XIV, quem ad Assyrios (rectius: Chaldaeos) trahit, quod quidem apparet ex schol. ad v. 3 (*Polygl.* l. l.); Ps. XL, 7, quem locum de sacris in captivitate Babyl. oblatis intelligit e); Ps. X, 1, ubi de divitibus Iudaeorum pauperes opprimentibus auctorem Psalmi verba facere putat f). *Deinde* huc pertinent, quae in praefatiunculis varia ad tempus auctoremque librorum singulorum spectantia a nostro exponuntur, quamquam sunt pauciora neque satis elaborata. Nec non, quas operi suo inseruit, *tabulae chronologicae decem* circa historiam Iudaeorum inde ab Adamo usque ad Christi aeta-

a) Kirsch. l. l. p. 188. l. 3 — 5.

b) Polygl. t. VI, exc. Loft. coll. Ass. b. o. II p. 289 sqq. et p. 276. Barh. scilicet hoc dogma accepit.

c) Kenn. diss. ed. Bruns. p. 34.

d) Ass. l. l. t. I p. 77. c. 1.

e) Kenn. l. l.

f) Polygl. t. I prolegg. p. 91.

tem versantes a) probant, eum curam ac diligentiam impendisse rei historicae; quod autem an feliciter fecerit, ex paucis, quae huius generis habentur, fragmentis diiudicari vix potest. Dan. 9, 24 sqq. quidem 70 illas hebdomades ab initio anni 20 Artaxerxis Longimani numerandas et usque ad quartum Caligulae pertinere falso dicit; sed quis in re, quae hodieque non constet inter viros doctos, nostrum recte vidisse, aut exspectaverit, aut contrarium miratus sit?

Multo autem exilius quae *geographiam*, *historiam naturalem et antiquitates* spectant, a nostro tractata fuisse videntur; quamquam praesertim quoad secundam earum disciplinarum ab eo, medico sui temporis clarissimo, multa egregie ad eam augendam conferri potuisse videntur, v. c. ad Iob. capp. 39. 40. 41, quibus brevissime tantum disputat de variis, quae ab auctore Hebraeo describuntur, animalibus. Tamen melius erat ieiune de iis agere, quam insanias mysticas ab *Ephraemo* ad hos locos congestas recoquere.

Denique quod *dogmaticam v. t. indolem* paullum illustraret, nil plane apud Gregorium nostrum invenire mihi licuit.

X.

Haec fere sunt, quae ex paucis Barhebraei scholiorum fragmentis hucusque in lucem prolatis colligere sum conatus *critica* et *exegetica*, id magis spectans, ut fundamenta iacerem quantulacunque accuratius inquirendi in eius de codice sacro merita, quam ut ipse omnia, quae in hoc genere dici possent, scribendo effunderem. Quae vero etsi satis

a) Ass. II p. 282 sq., qui tamen brevissime tantum eas laudat.

arguunt, quam imperfecta et inveteratae opinionis rationisque tabe minime prorsus liberata fuerit interpretandae S. S. conditio apud Syros illius aevi, praesertim si Iudaeorum doctrinam biblicam tum iamiam florentem respicias; id tamen inde elucere putaverim, et de textu, utpote omnis verae explicationis fundamento, codicum et versionum auctoritate ante omnia recte constituendo, et de verborum sensu simplici prae aliis tenendo longe certiora ac meliora Barhebraei aetate percrebruisse praecepta atque principia, quam quae in *Ephraemi* primi vers. simpl. apud Syros interpretis eorumque qui eum potissimum sequerentur, scriptis liceat conspicere. Quodsi igitur, quae nostro aevo floret, interpretationi et crisi librorum sacrorum, Barhebraei opus exegetico-criticum maiorem non praebeat usum ob varia, quae in eo desiderantur, praesertim vero, quod nimis in eo neglectum videmus textum Hebraeum; quod auctor plus iusto extulit versionem Syrohexaplarem, minoris contra existimavit simplicem a); quod in interpretando rerum notitiam ieiuniorem praebuit; quod denique eorum locorum, quos tractaret, minus aptum habuit delectum: tamen inde aliquid lucis adspergitur historiae litterarum sacrarum a Syris excultarum, linguae Syriacae scientia amplificatur, apparatus criticus lectionum ex conversione simplice aliisque magnam

a) Wisem. l. l. p. 108 coll. p. 107 no. 1 et p. 207 no. 26 censet, eam ob causam hanc interpret. iniquius a nostro diiudicari, quia Nestor. magis quam Monophys. redoleat indolem; at *primum*, Monoph. eam ecclesiasticam non constituissent, Nestor. non mutassent, si res ita se haberet; *deinde* vero Barh. a parvulo isto partium studio aliis in rebus fuit remotior, quam cui tale quid tribueres; quod vel inde elucet, quod nonnunquam ipsam ed. Nestor. praefert aliis, inter quas et simplex refertur; v. c. ad Ps. 8, 5 (Wisem. l. l. p. 143).

partem adhuc incognitis laudatarum cumulo augetur, multa denique ad interpretandi rationem redundant, quae licet non statim probentur, interpretis tamen mentem his illis ante omissis advertunt et cognitionem, quam est adeptus, locorum singulorum aut locupletant, aut varia ratione mutant. Plura vero maioraque dare ipse noster in prooemio scholiorum suorum non est professus; „*semen*“ enim nonnisi „*omnigenae interpretationis opusculo suo inarandum*“ a) sibi proposuerat, ac si, quae congessit, cum hoc ipsius proposito contulerimus, apparebit, puto, eum in libro conficiendo terminos eius promovisse magis quam removisse. Quae quum ita sint, optimo optandum iure videtur, ut mox plura et, si fieri potuerit, omnia viri magni, qui hoc suo labore claritatem suam, si non auxit, certe non imminuit, scholia ad v. et n. t. conscripta innotescant.

a) Kirsch. l. l. p. 144 l. 10 sqq.

الحديث الخامس

عن ابن عباس رضي الله عنهما قال: قال رسول الله صلى الله عليه وسلم: لو يعطى الناس بدعواهم لادعى رجال دماء قوم وأموالهم، ولكن اليمين على المدعى عليه. وفي رواية: البينة على المدعي واليمين على من أنكر. وفي رواية: البينة على من ادعى واليمين على من أنكر. وفي رواية: البينة على المدعي واليمين على المدعى عليه. وفي رواية: البينة على المدعي واليمين على من أنكر. وفي رواية: البينة على المدعي واليمين على من أنكر. وفي رواية: البينة على المدعي واليمين على من أنكر

(V. 4.) ... *... ** ... *** ... † ... †† ... ††† ...

(V. 1.) ...

* Ed. Bugat. ...

** Polygl. Lond. ...

*** Ed. Bug. ...

† Ed. Bug. ...

†† Ed. Bug. singul. offert: ...

††† Ed. Bug. ...

ܟܬܒ ܒܥܢܝܢ ܒܡ. ܐܡܪ ܒܡܠܐ ܟܥܢܝܢ ܥܡܠ *
ܒܡܥܡܠ ܗܢ. ܥܡܥܢ ܒܥܒܕ ܥܢܝܢ ܥܠ ܐܒܐ
ܒܥܡܠ ܟܬܒ ܥܡ ܐܒܐ ܐ ** ܒܡܠܐ
ܐܒܐ. ܩܕ ܥܒ. (V. 2.) ܐܣܛܪ ܥܡܟ ܡܢ ܥܢܝܢ. ܩ
ܐܣܛܪ. (V. 5.) ܩܪܟ ܒܛܠ ܒܟܣܐ ܥܡ ܣܐ. ܩ
ܡܠܐ ܒܐ ܥܡܥܣܐ ܡܐ. (V. 8.) ܗܢ ܒܗ
ܐܒ ܐܪܟܒ. ܩ ܒܪܟܣ** ܒܟ. ܐܩ ܐܡ†.
ܐܩ ܗܢ ܒܗ ܒܟ. (V. 9.) ܡܥܛ ܣܒ ܥܡ
ܣܐ ܒܟ ܥܡ ††ܡܩ ܥܢ. ܩ ܡ ܣܥܡ
ܥܡ ܣܐ ††ܐܡ ܡܥ. ܩ ܐܪܟܒ. (V. 10.) ܡܟ
ܡܢ. ܩ ܥܡ ††ܐܡ ܟ. ܩ ܥܡ. (V. 11.) ܡܗ ܟ ܥܡ ܒ.
ܩ ܒ ܟ ܒ ܒ. (V. 12.) ܗܟ ܡܥ ܟ.
ܩ ܗܟ ܡܥ ܗ ܒ. ܩ ܥܡ ††ܡ ܟ
ܥ ܒ ܟ ܒ. ††† ܡ ܥ ††ܡ ††ܡ ††ܡ
ܥ ††ܡ ††ܡ ††ܡ ††ܡ

ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ ܒܪ ܐܢܫܐ ܕܐܢܐ ܗܘ ܕܐܬܐ ܒܥܢܢܐ ܥܡ ܚܝܠ ܣܓܝ̈ܐ ܘܟܒܘܪ ܢܚܬ ܠܡܣܒ ܥܠ ܥܬܝܩ ܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ ܘܟܠ ܕܝܢ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܢܬܝܗܒ ܠܗ ܘܠܐ ܢܬܝܗܒ ܠܗ ܐܠܐ ܒܫܡܗ ܕܡܫܝܚ

ܫܒܚܘ. ܐܦܠܐ ܟܕ ܥܒܕ ܐܝܟ ܕܐܡ ܐܢܐ ܐܬܐ ܠܘ ܐܝܟ ܕܐܡ ܐܢܐ ܐܬܐ. ܟܕ

ةَ مُجْلَدَ كُلَّهَا هَذِهِ عَلَى كُلِّهَا بِكُلِّ. (V. 33.) كُلَّهَا
بِسَجْلَدَ نِسْلَانِ. ةَ وَعَسَرَ كَدَ. أَوْعَدَنَا كُلَّهَا بِكُلِّجَهَدَ*
كَدَ نِسْلَانِ. (V. 34.) مَكَلَّا وَهَذَا أَعْطَلَدَ**. ةَ مَكَلَّا
وَهِيَا كَيْحِي مَتَّعَ مَعْصَرَ أَنَا*** كَدَ: ةَ وَهَكَبَ
بِكَكَلَّهَا مَلَاذَنَا إِنَا. (V. 36.) مَجَهَ كَدَ هَذِهِ
وَجَلَدَنَا. ةَ هُمُرُوا وَجَلَدَ. مَعْنَوْمَرَ رُوْخَلَدَ. ةَ
مَعْنَوْمَرَ† رُوْرَلَدَ كَهَكَلَا مَعْنَوْمَرَ مَدَ رُكَجَلَدَ.
(V. 37.) أَوْسَا هَسْكَلَدَ رُسَلَدَ بِلَا نَهَكَمَ هَوْرِكَدَ.
هَتَّعَ أَمَلَدَا بِلَا نَهَكَمَ هَوْرِكَدَ. ةَ لَا أَرْعَيْكَهَ
هَوْرِكَدَ.†† مَلَا (V. 38.) أَهَمَ كَيْهَا وَلِمَكَنَ أَنَمَ. نَهَبَ
كَهَكَدَ تَ مَنْهَجَلَا. (V. 40.) رُسَوْلَدَ††† كَهَلَسَ رَةَ.
ةَ رُكَجَلَدَ مَرَكَهَلَدَ. ةَ سَوَلَدَ. أَوْعَ كُلَّجَهَ
كَدَ نِسْلَانِ كَهَكَا. إِةَ إِبْهَنَ سَرَتَ نِسْلَانِ كَهَكَا. (V. 43.)
مَاسَرَ هَذَا أَهَعَا†††† أَرَمَ أَنَمَ. ةَ أَسَرَهَذَا وَعَكَلَا
أَرَجَهَ†* أَنَمَ. أَوْعَ أَرَمَ. إِةَ أَهَسَهَ. (V. 44.) رُوْرَلَدَ*††
مَ وَتَلَهَ كَسَحَ بَكَ مَلَا رَهَذَا كَهَلَسَ بَكَ وَكَهَا

* Armen. versio Amstelodam. habet *induit*.
** Polygl. et codd. Bodl. IV. VII. أَصْجَلَدَ.
*** Ed. Bug. non habet أَنَا.
† Ed. Bug. addit بِكَ.
†† Ed. Bug. مَكَكَلَّا مَنْكَبَ أَرْجَلَا مَلَا.
††† Polyglot. رُسَوْلَدَ.
†††† Lege إِهَعَا, quod habent Polygl. et Loftusius.
†* Ed. Bug. أَهَسَ.
††* Pol. et codd. Bodl. IV. V. VII. رُوْرَلَدَ.

ةَ بْتعصد أس أنعتح كحلأسا. ةَ وِلد مَ عصكحمز*
مَعكحلا بحطا. أقَ مَ عصكحمزه بحطا. أَ مَ
مَعكحلا بحطا. (V. 45.) مَجعطَ أبدا نعطجعدد. ةَ
حطعكحا وأبدا أعطجه كد: ةَ كحطحا وعجعطم.
حتنا نعتا نعكحبم كد. ةَ حتنا نعتا بْكد.
أقَ بْكه كد. (V. 46.) حتنا نعتا نعطحم**
مدسيم. مدا أكاجه*** مأسيه مَ عحتلا وكعم.
(V. 50.) مكعطر أَقَ حطَ آ. أوعدا مزعدوا أقَ.
(V. 51.) مخبم نحصزا. ةَ قبحا كطجسه ❖

* Ed. Bug. زعصكحمز.

** Polygl. ثلاجم.

*** Ed. Bugat. حلاه.

❖ ❖ ❖

PSALMUS V.*

[Praedictus de poenitentia populi Israelitici Babylone. [1.]] (v. 1.) Hebraeus [2.]: Victori [3.] in hymnis, pro haereditate [4.]; [hoc est [5.]: pro Hierosolyma, quae fuit haereditas Davidis, secundum illud: *Et placuit mihi haereditas mea.* [6.]] Graecus [7.]: Finis [8.], pro ea quae haereditat [9.]; [hoc est: pro victoria quae fuit Davidis haeredis.] Aquila: Victori ex divisionibus sortium [10.]; [quae scilicet coniiciebantur in divisionibus agrorum et vinearum. [11.]] Symmachus: Hymnus Davidis pro apprehensione [12.] haereditatis. Iacobus Edessenus [13.]: In fine pugnae cum Absalomo et ante introitum in Hierosolyma dixit hunc Psalmum. Haereditatem autem et haeredem castigatos [14.] regni vocat, qui conversi sunt ad ipsum ceu haereditas a Deo. Athanasius [15.]: Illa, quae haereditat, est anima amans Dei, seu ecclesia; haereditas autem id quod oculus non vidit, neque auris audivit, neque in cor humanum venit.

Versus triginta.

(v. 2.) *Verba mea exaudi, Domine, et intellige* הגיגי [16.]; [hoc est: cogitationem meam.] Graecus: Intellige clamorem meum [17.]. Armeniacus [18.]: Supplicationem meam. (v. 3.) *Domine, mane audias vocem meam!*

*) Quae in hac translatione litteris obliquis sunt impressa, interpretationi simplici tribuantur, quae his signis inclusa [], Barhebraeo scholiastae; quibus denique parenthesis nota () adpicta, ipse adieci.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27850/fragment/page=00000071

[hoc est: cito, sine mora [19].] (v. 8.) *Et adorabo in templo sanctitatis tuae* [20]. *In tui timore*, (v. 9.) *Domine, dirige me et in iustitia tua!* Graecus: (v. 8.) Adorabo ad templum sanctitatis tuae [21] in timore tui. [Punctum.] (v. 9.) Domine, duc me in iustitia tua! [Punctum.] [22] (v. 9.) *Propter inimicos meos dirige coram me* (ܩܕܡ) *viam tuam.* Graecus: Dirige [23] coram te (ܩܕܡܝ) [cum Coph] viam meam. [Armeniacus ut Syrus dicit; Aegyptius [24] ut Graecus. Atque in aliquot codicibus Graecis ita ut in Syriaco scriptum exstat. [25]] (v. 10.) *Sepulcra aperta sunt guttura eorum* [26]. Graecus: Sepulcrum apertum [27] guttur eorum. Iacobus: Fauces eorum [28]. Armeniacus [29]: Guttur meum (ܒܙܘܥܬܝ) [cum S'copho in utraque Gomal]. *Et linguae eorum perversae* [30]. (ܡܥܩܬ̈ܐ) [cum P'thocho in He]. Graecus: Linguis suis decipiunt. (v. 11.) *Et decidant de consiliis suis.* Graecus: De cogitationibus suis. (v. 13.) *Domine, tanquam scuto accepto* [31] *amicias me* [32]*!* Graecus: Tanquam armis benevolentiae coronasti me [33].

PSALMUS XVIII.

[Gratiarum actio Davidis, quam professus est in fine [34] pro omnibus beneficiis, quae in eum contulerat Deus.] Graecus: (Psalmus) decimus septimus. In fine, servo Domini, Davidi, quae locutus est ad Dominum in verbis [35] huius hymni, die, quo eum servavit Dominus ex manu omnium inimicorum eius et ex Sauli quoque manu, et dixit.

Versus CXIII.

(v. 2.) *Amabo te* (ܐܐܦܣܛܪ) [Risch inquiete (h. e. sine vocali)], *Domine!* Graecus: Diligam te [36]. (v. 5.) *Et torrentes iniquorum conturbaverunt me* (ܘܢܚܠܐ) [cum S'copho in Cheth]. Graecus: Et fluvii iniustitiae perturbaverunt me. (v. 8.) *Et fundamenta montium concussa sunt et discissa* [37] (ܘܐܬܙܥܙܥ). Graecus: Et [38] conturbata sunt (ܘܐܬܙܥܙܥ) [cum Dolad [39]]. Aquila: Perturbata sunt [40]. Armeniacus: Fundamenta montium contremuerunt. (v. 9.) *Et carbones accensi sunt* (ܫܬܩ) [cum P'thocho in Cheth et R'bhozo in Beth dura] *ab eo* [41] [scilicet ex sarmentis et scintillis [42]]. Graecus: Inflammati sunt. (v. 10.) *Et caligines sub* [43] *pedibus eius.* Graecus: Caligo. (v. 11.) *Et volavit super alis venti.* Graecus: Volavit super pennis ventorum. (v. 12.) *Posuit tenebras latibulum suum.* Graecus: Et posuit tenebras pro latebris suis. [Scilicet involutionem Dei in corpore, quod a nobis assumpsit Filius et Verbum (ὁ λόγος), indicat [44].] *Et operuit eum* [cum Rucocho in utraque Coph, a Curcho neque a Cruchio [45]] *tabernaculum suum.* Graecus: Circum eum tabernaculum suum. *Tenebrae aquarum in nubibus aeris.* Graecus: Aquae tenebrosae in nubibus aerum [46]. (v. 14.) *Et Altissimus edidit vocem suam.* Graecus: Excelsus. (v. 15.) *Misit sagittas suas et dissipavit eos* [Iudaeos scilicet, qui fidem non habebant ipsi]. (v. 16.) *Et apparuerunt scaturigines aquarum.* Graecus: Et apparuerunt fontes aquarum [hoc est: doctrina apostolorum]. *Et retecta sunt* [cum P'thocho in Gomal] *fundamenta orbis* [47] [hoc est: detecta [48] et insipida facta est per apostolos sapientia huius mundi] *ab halitu* [49] *spiritus irae tuae* [cum P'thocho in Schin (ܫܡܥܐ)]. Graecus: Ab inspiratione. (v. 17.) *Misit de alto et extraxit me.* Grae-

cus: Et sumsit me. Armeniacus: Et recepit me. Symmachus: Et eduxit me [50]. (v. 19.) *Et praevenerunt me die angustiae meae* [cum P'thocho in Coph, singulari numero (ܒܥܝܬ)]. Graecus: Depressionis meae. (v. 20.) *Et eduxit me in latitudinem* [cum P'thocho in Vav et Rucocho in Tau] *et eruit me, quia oblectatus est me.* Graecus: Eruet me, quia voluit me. (v. 21.) *Et secundum puritatem manuum mearum explevit me.* Graecus: Retribuet mihi. In aliquot codicibus veteribus interpretationis simplicis scriptum exstat: Et secundum puritatem manuum mearum, quam petiit a me [51]. [hoc est: secundum puritatem manuum, quam poscit ex me ipse Deus; sed non comprobandum, quippe quod non congruit cum interpretationibus reliquis]. (v. 22.) *Neque defeci a Deo meo.* Graecus: Neque impie deserui [52]. (v. 26.) *Cum sancto sanctus eris* [scilicet tu, Deus, qui iuxta eius sanctitatem bene facies ei]. Graecus: Cum sancto sanctum te exhibebis. Aquila: Erga sanctum sancte ages [53]. Armeniacus: Cum sancto ero [54] [cum Olaph, scilicet ego]. Aegyptius: Cum iusto iustus ero [item cum Olaph]. *Et cum probo probum te exhibebis.* [Sunt tres Tau; sed quia tres illae sunt induratae, una absorbetur et tanquam in ligamine pronuntiatur [55].] Graecus: Et cum viro innocente innocens eris. Armeniacus: Et cum immaculato immaculatus eris [cum Tau, scilicet tu]. Aegyptius: Ero [cum Olaph, nempe ego]. (v. 27.) *Et cum electo electum te praestabis.* Graecus: Electus eris. *Et cum perverso contortum te exhibebis.* Graecus: Cum contorto contortum te praestabis [56]. (v. 29.) *Tu accendes lucernam meam.* Nestoriani [57]: Tu accende lucernam meam! Graecus: Accendes. (v. 30.) *Quoniam per te*

curram contra turbam [cum Iud quiescente]. Graecus: Quoniam per te eripiar ex loco tentationum [58]. Aquila: Quoniam per te curram bene accinctus [59]. *Et per Deum meum transsiliam murum.* In libro Regnorum [60]: Traiiciam murum. Arabs habet: Transsiliam [cum Phe leni [61]]. Graecus: Transgrediar. Symmachus: Ascendam in [62] murum. (v. 31.) *Dictum Domini est exploratum.* Graecus: Eloquia Domini sunt probata. (v. 32.) *Quoniam non est deus praeter Dominum.* Graecus: Nam quis est deus praeter Dominum? *Neque est, qui sit validus ut Deus noster.* Graecus: Et quis est deus [63] praeter Deum nostrum? (v. 33.) *Deus, qui me accinxit robore.* Graecus: Qui accingit me [64]. Armeniacus: Deus, qui induisti mihi robur. (v. 34.) *Et super alto colloca me* [65]*!* Graecus: Et super altis [Mim cum R'bhozo] collocas [66] me. [Hoc est: super quibus me fore, cogito [67].] (v. 36.) *Dedisti mihi scutum salutis* [68]. Graecus: Praesidium salutis meae [69]. *Et disciplina tua me augebit.* Graecus: Et disciplina (tua [70]) me direxit in finem et disciplina tua ipsa me edocebit. (v. 37.) *Dilatasti passus meos sub me, ne vacillarent tali mei.* Symmachus: Ita ut non laberentur tali mei. Graecus: Non infirmati sunt tali mei [71]. (v. 38.) *Neque revertar, donec consumserim eos.* Nestoriani cum Gomal emollita (et) quiescente ( ). (v. 40.) *Accinges me*[Tau cum P'thocho; hoc est: indues me et operies me]. Graecus: Et cinxisti me. Armeniacus: Induisti mihi robur in pugna. Aegyptius: Accinxisti lumbos meos robore ad pugnam. (v. 43.) *Et ceu lutum vicorum conculcabo eos.* Graecus: Ceu coenum platearum conculcabo [72] eos. Armeniacus: Conculcabo. Aegyptius: Comminuam. (v. 44.) *Erues me* [73] *a con-*

troversiis [Dolad cum Ch'bhozo, ne legas Dolad cum P'thocho] *populi* [scilicet [74] (ex) iudicibus eius, ut nonnulli corrupte (legunt)]. Graecus: Erue me a contradictione populi. Armeniacus: A repugnantia populi. Aegyptius: A sermone populi. (v. 45.) *Et auditu auris audient me.* Graecus: In auditu auris obediverunt mihi [75]. [scilicet populi fidem habentes]. (v. 46.) *Filii alieni se subiicient mihi.* Graecus: Filii alieni me fefellerunt. Armeniacus: Me fefellerunt. *Filii alieni impedientur* [76]. *et claudicabunt.* Graecus: Inveteraverunt [77]. et claudicarunt de semitis suis. (v. 50.) *Et nomini tuo canam* [Sain cum P'thocho]. Armeniacus: Psalmum dicam. (v. 51.) *Et gratiam facit* — Graecus: Misericordiam — *uncto suo.*

ANNOTATIONES.

PS. V.

1) ܒܒܠ signifícat proprie: *Babylonis*, quod tamen hoc loco non differt a: *Babylone*, quum Iudaei tum quidem partem quodammodo efficerent incolarum illius regionis. Cf. Luc. 2, 4: ܢܨܪܬ ܕܓܠܝܠ *Nazareth Galilaeae*, hoc est: *in Galilaea sita*. Ps. 88. 89. 119 tit. Hoffm. gr. Syr. p. 297, 3. Refert igitur Barhebraeus seu alius quis huius inscriptionis auctor Psalmum nostrum ad captivitatem Babylon. et populum Israelitic. commotum poenitentia scelerum commissorum suam salutem hostiumque interitum a Deo petere fingit. Quod qua auctoritate nixus fecerit, non liquet; nam carmen ipsum certe nil continet, quod aut illius potissimum temporis calamitatem prodat, aut animum peccatorum conscientia ac poenitentia contritum. Imo v. 13 aperte docet, virum pium et causa sua confidentem neque vero malefactorum poenas luentem preces fundere ad Deum. Tamen post Barhebraeum similem protulit sententiam Ludov. Ferrandus (in *libro Psalmorum cum argumentis, paraphrasi et annotationibus. Lutet. Paris.* 1683. p. 143), cuius quidem argumenta levissima aut fere nulla melius tacuisset, ut noster fecit. Ceterum inscriptionem, quam habet Psalmus iste in Bibl. Polygl. Lond., non legisse videtur noster, qui aliter eam fortasse non respuisset; est vero haec:

ܙܟܘܬܐ ܕܥܒܕ ܥܡ ܥܕܬܐ ܒܨܦܪܐ ܥܡ ܡܨܦܝܐ ܟܢܫܝܐ ܕܡܪܝܐ.
Oratio ex persona ecclesiae, quum mane adiret (sc. persona) *domum Domini.*

In quibus, si nihil aliud, id certe non reiiciendum, quod Psalmo sententia latius patens neque certae cuidam conditioni adstricta tribuitur, de qua in toto illo ne verbum quidem.

2) Sc. *codex, exemplar, liber* (ܣܦܪܐ, Ar. صَحَاحٌ *res completa, opus completum*); quae quidem vox aptissime subaudienda videtur. Cf. Barh. ad Ps. 10: ܒܟܬܝܒ ܥܠ ܣܦܪܐ ܟܬܝܢ, *Et in aliquot codicibus Hebraeis* (scribitur; cf. Wisem. l. l. pag. 103). Idem vocabulum mente addendum est ad voces: *Graecus, Armeniacus, Aegyptius* rel. Cf. eund. ad Ps. 5, 9. 16, 2: ܐܬܘ ܥܢܘ ܣܦܪܐ ܣܘܪܝܐ, *Armenii cum Syriaco* (exemplari) *contulerunt suum exemplar* (Wisem. l. l. p. 142). Edit. Philoxen. ad Luc. 20, 34: ܣܘܪܝܐ ܐܝܬ ܒܟܬܒ ܥܬܝܩ ܐܝܬ ܘܡܬܝܠܕ ܘܡܬܝܠܕ ܠܐ ܒܝܘܢܐܝܬ, *In exemplari antiquo est: gignunt et gignuntur; sed in Graeco non est.* Barhebr. chron. in Kirsch. chr. Syr. ed. Be. pag. 47 lin. 13. Quid quod noster de *codicibus simplicibus*, h. e. versionis simplicis, verba facit Ps. 18, 21 (v. supr.) .Est vero per *codicem Graecum, Armeniacum* etc. is intelligendus, quem Barhebraeus tum quidem in manibus habebat et potissimum sequebatur in textu Graeco, Syriaco al. laudandis. Simili modo dicitur in Hexaplis: ὁ Ἑβραῖος, ὁ Σύρος; ubi tamen de auctore ipso cogitandum videtur. Quibus tamen negatum nolo, aliis locis licere aliam vocem Syriacam subaudire, v. c. ܟܬܒ, cf. Ass. b. o. I p. 469 col. 1 lin. 21: ܡܬܬܪܓܡ ܡܢ ܥܬܝܩ ܕܟܬܒ ܝܘܢܝ ܟܬܝܒ, *Translatus* (sc. hic codex) *e*

Graeco (sc. sermone) *in Syriacum a Mor Iacobo* etc. Ass. l. l. t. II p. 270 col. 2 lin. 7, coll. p. 271 col. 2 lin. 5, pag. 264 col. 2 lin. ult. Kirsch. chr. ed. B. p. 12 l. 16.

3) Verba ܠܡܢܨܚ ܒܢܝ ܩܘܪܚ, quum Barhebraeus Psalmum Davidi tribuerit et pro Hierosolymis compositum finxerit, quod e mox sequentibus satis apparet; vix aliter converti possunt, quam: *victore auctore*, quod idem est ac: *Davide auctore*, qui ob carminum suorum praestantiam reliquos omnes superasse dici potuit. Neque huic interpretationi obstat usus particulae ⸗, quae haud raro auctorem alicuius rei denotat; cf. Kirsch. l. l. pag. 134 l. 15. p. 139 lin. 16. Ps. 50. 62. 71 tit. (Pol.) Quod sequitur, verba laudata exprimere videntur Aquilae interpretationem: *τῷ νικοποιῷ*, *victoriae effectori*. Iam vero quae subinde legitur, vox ܠܡܫܒܚ non habet, cui in textu Hebraeo respondeat; itaque statuas eam aut Barhebraei ipsius, aut eius, unde ista petiit, errore huc venisse, fortasse ex inscriptione Ps. IV vel VI, ubi vox בִּנְגִינוֹת ab Aquila convertitur: *ἐν ψαλμοῖς*; LXX vero priori loco eadem dederunt (in cod. Vatic.), posteriori: *ἐν ὕμνοις*. Constat tamen, *ψαλμον* apud Aquilam significare instrumentum quoddam musicum; quodsi igitur inde desumta est Barhebraei interpretatio, quod fere putaverim, quum pariter atque ille converterit v. לַמְנַצֵּחַ, male noster Aquilam intellexit; sin vero LXX intt. reddidit, bene; censeo enim in LXX inscriptionem Ps. IV, quae pro *ἐν ψαλμοῖς* exhibet *ἐν ὕμνοις* et quae est Aldinae et Complutensis, praeferendam esse ei, quam habet cod. Vaticanus; quum LXX in Psalmis nunquam vocem illam Hebraeam exprimant vocab. *ψαλμός*, semper vero pro ea ponant: *ὕμνος*, uno excepto loco, Ps. 69 (Gr. 68), 13; ubi tamen liberius reddunt verba Hebraea.

4) Ita expressit noster verba: אֶל־הַנְּחִילוֹת; derivavit igitur vocem ἅπαξ λεγομένην a נָחַל significatu usitato: *haereditario accipere.* Verosimilius tamen videtur, Barhebraeum haec sicut antecedentia aliunde potius, quam ex ipso codice Hebraeo petiisse; qua de re conferre licet proleg. IV.

5) Sic reddendum est illud ܐ pro ܐܬܝ, i. e. ܐܬܝ ܠ, positum, neque vero cum *Hoffmanno*, v. c., pro compendio verbi ܐܝ „*est, significat,*“ habendum; quem sensum neque habet, neque habere potest. (Hoffm. gr. p. 117, 2. coll. contra Kirsch. chr. ed. B. p. 210 l. 3. 172 lin. 5.)

6) Ps. 16, 6, ubi haec: ܚܒܠܐ ܢܦܠ ܠܝ ܒܣܝܡ̈ܐ ܘܝܪܬܢܬܝ ܫܦܝܪ ܠܝ, *Funes ceciderunt mihi in prosperis, et haereditas mea placuit mihi.* In textu Hebraeo legitur quidem נַחֲלָת sine suffixo primae personae, sed propterea opus non est, cum *I. D. Michaele* statuere, LXX, qui eodem modo transtulerunt, cum Syro נַחֲלָתִי legisse. Videntur enim sententiae causa suffixum expressisse, qua in re Syrus fortasse secutus est Graecum. Neque plus valent, quae *Rosenmuellerus* duce *Rupertio* profert: „Si verbum ܫܦܝܪ hoc loco sensum haberet, *placuit* (mihi); pro ܠ positum fuisse ܒ:“ quum verbum illud plerumque cum particula ⟍ coniungatur; cf. Kirsch. chr. ed. B. p. 62 l. 13. p. 108 l. 15. Matth. 14, 6 (Pesch.). Marc. 6, 22 (vers. Philox.). Quod autem ad totum istum locum memoriter, ut videtur, a nostro laudatum attinet, non pertinet ad eius sententiam confirmandam, quum ibi de Deo, quem vates iam antecedente versu *haereditatem suam* appellaverat, neque de Hierosolymis sermo sit.

7) ̄ܡ, quod in textu Syriaco, compendium est scripturae pro ܝܘܢܝ, *Graecus* sc. codex (v. ann. 2), seu interpretatio LXX a Paulo episcopo Telano circa a. C. 616 in sermonem Syriacum translata. Cf. Kirsch. chrest. ed. B. p. 145 l. 15 sqq. Eichh. Einleit. ins a. T. ed. IV. p. 184 sqq. id. Repert. für bibl. und morgenl. Litteratur. III p. 197 sqq. et Proleg. V.

8) Pro ܠܥܠܡ ed. Bugat. exhibet ܠܥܠܡܝܢ, quod rectius, quum in textu Graeco legatur: *εἰς τὸ τέλος*, et quod invenitur quoque Ps. VI tit. pro *εἰς τὸ τέλος*, et Ps. XVII, 36 pro *εἰς τέλος* positum. Longe saepius vero pro hoc legitur ܠܥܠܡܝܢ, v. c. in inscriptt. Pss. 8. 9. 10 — 14. 18 — 20 al., quibus cum locis conferas Ps. 17, 40, ubi pro *εἰς πόλεμον*: ܠܩܪܒܐ, v. 44, ubi pro *εἰς κεφαλήν*: ܠܪܫ, v. 45, ubi pro *εἰς ἀκοήν*: ܠܫܡܥܬܐ. Vix tamen maius inter ܠܥܠܡ et ܠܥܠܡܝܢ interfuerit discrimen, quam quod inter synonyma ܠܥܝܢ et ܠܥܝܢ, quorum quidem illud primum et praecipue de commoratione quae est in loco, *in extrema parte*, alterum autem de directione quae est in locum s. *extremam partem*, usurpatur, utrumque tamen deinde in usum promiscuum abiit; qua de re conf. Matth. 25, 11 (Pesch.). 22, 27. Luc. 20, 32, quibus locis Graece *ὕστερον*, Syr. ܠܥܝܢ; porro Luc. 4, 2. Io. 13, 36, ubi Gr. id., Syr. ܠܥܝܢ; Marc. 12, 6, Gr. *ἔτι*, Syr. id. In marg. vers. hexapl. sic scriptum ad Ezech. 21, 4 (Heb. v. 9): ̇ܒ̇ܣ̇ ̇ܫ̇ܢ̇ ̇ܠ̇ܥ̇ ̇ܠ̇ܥ̇ܝ̇ܢ̇, *In fine* (*sub finem*) *anni undecimi*; et in alia nota eiusdem versionis sic: ̇ܠ̇ܥ̇ܝ̇ܢ̇ ̇ܕ̇ܐ̇ ̇ܡ̇ܣ̇ ̇ܠ̇ܗ̇ ̇ܐ̇ ̇ܠ̇ܥ̇ܝ̇ܢ̇, *Ea* (verba), *super quibus obelus est in fine*. ܠܥܠܡܝܢ autem v. c. Dan. 11, 13 (Pesch.) pro Hebr. לְקֵץ positum invenitur, Ps. 17 (H. 18), 36 (v. hex.) pro Gr. *εἰς τέλος*; et ܠܥܠܡܝܢ Matth. 13, 40. 49 (Pesch.) pro *ἐν τῇ συντελείᾳ*, Dan. 9, 27 (vers. hex.)

pro ἐν τῷ τέλει, coll. Ps. nostro, ubi (v. 1.) Iacobus Edessenus dicit: ܠܡܢܨܚ ܒܬܫܒܚܬܐ, *In fine pugnae.* Iam vero si quaeratur, quomodo sit intelligendum illud *in fine* seu *ad finem*; vix, quae sufficiant, respondere licet. Forsan autem non inepte statueris, Syrum, qui Graecum transtulerit, verba εἰς τὸ τέλος ita intellexisse, ut inscriptionem Psalmi ad eius finem ablegandam atque pro subscriptione potius habendam indicarent; cf. Cohel. 12, 9 sqq. An vero Graecus, quum ita redderet verbum לַמְנַצֵּחַ, idem senserit, non statim liquet; potes enim, ut alias omittam interpretationes, illud εἰς sensu latiore et minime τοῖς ὅ inusitato interpretari: *quod attinet ad, de;* ita ut verbis laudatis seu finis, in quem, seu causa, ob quam Psalmus esset conscriptus, innueretur et pro argumento singulorum carminum ea aut ad tempus futurum, aut ad praeteritum referrentur. Atque, ut exemplis probem hanc particulae vim, huc pertinent loci: Ps. 62, 7: ἐμελέτων εἰς σέ. 71 tit. εἰς Σαλωμών (H. לִשְׁלֹמֹה). 91, 1: εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου (לְיוֹם הַשַּׁבָּת), coll. 92, 1. 151, 1: εἰς Δαυΐδ. Τέλος autem accipi potest significatu *exitus, eventus,* quem habet locis: Iob. 23, 7. Hab. 1, 4 (לָנֶצַח). Quod vero omnem interpretum controversiam dirimit, auctor Graecus textum Hebraeum intellexisse non videtur.

Post ܕܡܬܚܫܒ vel potius ܕܡ ed. Bugat. addit ܠܐܡܬܢܨܚ, sed male; deest enim in Graeco.

9) Sic interpretandum ei, qui textum Graecum, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, inspexerit; Barhebraeus vero, quod ex iis quae statim sequuntur apparet, ita verba Syriaca intellexisse videtur: *pro illa* (sc. haereditate) *haeredis;* ad pronomen ܕܬ mente addens ܠܐܪܬܗ et partic. ܝܪܬ pro st. emph. masc. habens et ad Davidem referens. Unde satis elu-

cet, eum textum Graecum non adhibuisse. Quod vero idem *victoriam* dicit haereditatem Davidis, huic repugnat argumentum Psalmi, quod ad victoriam reportandam magis quam reportatam spectat; debuit igitur populum Israeliticum intelligere per pronomen ܗܘ. Quod reliquum, adduxerunt eum fortasse ad hanc falsam interpretationem inscriptiones Symmachi, Aquilae et Theodotionis: ἐπινίκιος, τῷ νικοποιῷ, εἰς τὸ νῖκος.

10) Hoc est: ei, qui victor discesserat a sortium divisione, qui optimam eduxit sortem. Iam vero quae *Montefalconius* in hexaplis ad hunc locum affert Aquilae verba, τῷ νικοποιῷ ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, ea parum congruunt cum iis quae e Syro hexaplari laudat Barhebraeus auctoritate codicis Ambrosiani munitus. Unde quidem confirmatur Montef. coniectura, verba ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, Aquilae non esse, neque vero apparet, quae iis sint supponenda. Fortasse habuit interpres ille: ἐπὶ τῶν κληρονομιῶν (cf. Montef. hexapla ad Ps. 46, 5. 73, 2, Hebr. נחלה, et eiusd. indicem s. v. ἐπί), pro quibus Syrus legit ἀπὸ τῶν κληρονομιῶν, aut: ὑπὲρ τῶν κληρονομιῶν, pro quibus Syrus: ὑπὸ τ. κ.

11) Sunt igitur, ut recte innuit Barhebraeus, *divisiones sortium*, divisiones eorum, de quibus *sortes coniiciebantur;* ita ut hoc loco de iis cogitandum sit agris, quos Davides bello hostibus eripuerat, et quorum optimam partem rex sibi arrogaret (cf. 1 Sam. 8, 14. 15). *Coniici* vero hoc loco idem est ac *concuti*, et de urna quassata intelligitur; quae quidem agrorum dividendorum ratio usitata fuit Hebraeis (cf. Ios. 18, 10 sqq.) et simili quoque modo ab iis exprimitur: חֻשְׁלִיךְ גּ׳, יָדָה גּ׳, יָרָה הַגּוֹרָל. Apud Syros autem iste dicendi modus saepe invenitur, v. c. Ps. 22, 19 (Pesch. et Syr. hex.). Kirsch. chrest. ed. B. p. 106 l. 6.

12) Editio Bugat. pluralem numerum offert; an vero recte, non apparet ex hexaplis Montef.; quae enim ibi legitur Symmachi interpretatio, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, eandem movet suspicionem atque Aquilae modo commemorata. Habuit autem ille forsan: ὑπὲρ τῆς (τῶν) κληρουχίας (ῶν), sicut Ps. 46, 5. 73, 2 vocem Hebr. נחלה convertit: κληρουχία.

13) †a. 708 p. C. iuxta Barhebraeum, 710 iuxta Dionys. (Assem. bibl. or. II p. 337 coll. p. 105. III, 1 p. 229). Scripsit iste vir de lingua Syriaca et Graeca egregie meritus atque a Barhebraeo omni doctrinae laude ornatus (Ass. b. or. t. I p. 307. 336 c. 1. p. 475, VIII. t. II p. 336 c. 1 inf. *Hist. dynast.* Oxon. 1663. p. 51. vers. p. 33) commentarios in utrumque testamentum et scholia, ex quibus pauca dedit excerpta Assem. l. l. t. I p. 488 — 493, et quorum plura interposita sunt scholiis Ephraemi (v. Kirsch. l. l. p. 137 not.*). Quantum vero ex iis, quae praesto sunt, apparet, in eorum interpretum numero est habendus, qui ab Ephraemi aliorumque nugis mysticis iamiam abstinere inciperent et historicam criticamque S. S. interpretandae rationem inirent; ita ut similitudinem quandam illi cum Barhebraeo intercedentem facile cognoveris. Neque vero paucis a nostro laudatur locis (Ass. l. l. t. I p. 488 col. 1), v. c. ad Gen. 1, 1 (Wiseman. hor. Syr. p. 208 coll. p. 239), Ps. 9, 21. 10, 1 (ib. p. 103), Gen. 6 (Ass. l. l. t. I p. 296), in prooem. ad Iob. (Kirsch. chr. ed. B. p. 187 l. 3). Cf. etiam annot. 28 ad h. Ps.

14) In codicis apographo legitur ܡܟ̈ܐ *castigatos*, cui addendum mente videtur: *a Davide*; aptius tamen putaverim hanc lectionem mutari in ܡܦ̈ܐ *dispersos*, quos iam intellexeris Iudaeos seditione et bello intestino tum temporis sedibus domesticis expulsos et per omnem regionem dissipa-

tos (cf. 2 Sam. 18, 8). Minus etiam accurate Iacobus supersedit dicere *haeredem*, quem procul dubio Davidem putavit; nam *dispersi* non possunt una esse *haereditas* et *haeres*: fortasse autem aliquid excidit post vocem ܒܢ̈ܝ. Ad ipsam vero interpretationem quod attinet, plures quidem ex recentioribus interpretibus eam non respuerunt (v. Rosenmuel. praefat. ad hunc Ps.), sed quo iure, non apparet. Ceterum conferenda erunt ad hunc locum quae leguntur 2 Sam. c. 18 — 20.

15) *Athanasius Magnus Alexandrinus* † 371 (sec. al. 373) p. C. (cf. Ass. b. o. III, 1 p. 19 sq.) Cuius quae huc pertinent Graeca, haec sunt: *Κληρονομοῦσά ἐστιν ἡ θεοφιλὴς ψυχή, ἤτοι ἡ ἐκκλησία. τί δέ ἐστιν ἃ κληρονομεῖ; ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη* (cf. Ath. opp. Patav. 1777. vol. IV tom. III, in „Supplementis commentar. in Ps.“ p. 57. B). Quibus addi possunt, quae idem affert ad titulum Psalmi nostri: *Τοῦτον οὖν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας λέγει τὸν ψαλμὸν τῆς μελλούσης κληρονομεῖν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Syriaca autem, quae respondent priori loco, Barhebraeus videtur desumpsisse ex conversione quadam Syriaca operum Athanasii (v. Ass. b. o. I p. 475 col. 2. p. 612, VIII. pag. 607, III col. 1). Laudat quoque noster eum ad Ps. 1, 6 (cf. Polygl. Lond. t. VI excerpta Loftusii).

16) ܕ̈ܝ̈ܢ est defective scriptum pro ܕ̈ܝ̈ܢ; praefert tamen *Amira* (gr. Syr. p. 204 — 7) perspicuitatis causa alteram scriptionem, quae statui constructo postponit pron. absol. ܗ̈ܘ. Ut igitur formae illius defectivae obscuritatem tolleret partim, partim vocem minus apud Syros usitatam et ad Hebraeam הֲגִיג effictam explicaret, noster adiecit verba ܗ̈ܘ ܕ̈ܝ̈ܢ.

17) Editio Bugat. habet ܒܝܕܟ ܠܟܬܒ Syriasmum recentiorem tenens et simul accuratius, qui est mos versionis Syrohexaplaris, pronomen Graecum *μου* singulari voce reddens (cf. Eichh. Einl. p. 189. Hoffm. gr. p. 316). At quum illa editio hac in re non prorsus sibi constet (cf. Ps. 17 (18), 3. 4. 16 apud Kirsch. l. l. p. 159. 161), non statim praeferenda est hoc loco eius auctoritas: neque vero ab altera parte codicem Barhebraei vere a cod. Bugat. discrepasse statueris, quum facile evenire potuerit, ut Barhebraeus in re minoris momenti textum Syrohexaplarem paullo negligentius laudaret. Vide quae plura hac de re attuli in *prolegg.* V pag. 17, a.

18) De versione Armeniaca vide quaedam in annot. 28 ad hunc Ps.

19) Huic significationi vocis ܟܘܦܐ (H. בַּבְּקָר), quam habet Ps. 90, 14. 143, 8, hoc loco obstat parallelismus, quod iam *Rudingerus* recte vidit (cf. Rosenm. schol. ad h. l.). Quem vero exhibet edit. polygl. Lond. statum absolutum ܟܘܦ, is et per se, et quia mox sequitur in eadem editione stat. emph., in hunc mutari debet ex Barhebraeo.

20) Sic verba Syriaca recte distinguuntur, quum Syrus vocem Hebr. בִּיְרֵאָתֶךָ (ܒܝܪܐܬܟ) ad versum sequentem traxerit, quod ostendit part. ס vocab. ܘܢܣܒܪ praeposita. In ed. polygl. Lond. autem signum interstinctionis male post vocem priorem positum est; quum cod. Pocock. 1 cum Barhebraeo congruat (v. Pol. Lond. t. VI lectt. varr. vers. Syr.).

21) Lectionem Bugat., quam sub textu Syriaco attuli, praeferendam puto, quum aptior sit textui Graeco et loco Ps. 14 (Heb. 15), 1 muniatur (cf. Kirsch. l. l. p. 157). Neque mirari debes, cur hoc loco negligentius laudet tex-

tum Syriacum noster, quum interpunctionis tantum diversitatem indicaturus cum int. simpl. conferat Syrohexaplarem.

22) Et sic recte; Hebraeus enim eodem modo membra v. 8 et 9 divisit.

23) Syrus formam Pael non temere elegisse videtur, sed ut exprimeret part. κατὰ cum verbo εὐθύνω coniunctam (v. annot. 70 ad Ps. 18).

24) *Versio Aegyptia*, quae scribitur etiam ⲁⲡⲉⲥⲟⲩⲱⲙ (cf. Ass. b. o. II p. 290 col. 1. Kirsch. l. l. p. 101 lin. 15. Wisem. l. l. p. 143), de qua cf. *prolegg.* V p. 19 et annot. 29 ad h. Ps.

25) Habuerunt igitur codd. isti pro lectione nostra sic: κατεύθυνον ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου, quae praeferenda videntur, quum et textu Hebraeo, et auctoritate *Hieronymi* praeterea confirmentur, qui in ep. ad Sunniam et Fretelam haec: „*Dirige in conspectu meo viam tuam.* Pro quo habetur in Graeco: κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, hoc est: *Dirige in conspectu tuo viam meam.* Quod nec LXX (per quam versionem Hieron. procul dubio vult intelligi edit. Origen. emendatam) habent, nec Aquila, nec Symmachus, nec Theodotion, sed sola κοινὴ editio“ (v. Montf. hexapl. tom. I ad h. l.). Ex quo Hieron. testimonio id certe apparet, nostram lectionem ex editione corrupta desumtam admodum esse suspectam. Atque is ipse locus unus ex iis est, quibus Barhebraeus et Syrohexaplaris egregie textui nostro τῶν ο΄ emendando inserviunt. Ceterum ante ⲥⲟⲩⲱⲙ particula ⲛ excidisse videtur.

26) Haec verba laudantur Rom. 3, 13, ubi Peschito plane habet eadem verba.

27) Ed. Bug. hoc loco etiam rectam tueri lectionem puto, quum versio Syrohexapl. aliena videatur ab ea adiecti-

vorum exprimendorum ratione, quae relativo pleonastico utitur (cf. Ps. 14 (15), 1 ap. Kirsch. l. l. p. 157. Ps. 17, 26. ib. p. 163. v. 28 ib. v. 46 ib. p. 166).

29) *Versio Armeniaca* a Miesrobo circa a. 410 p. C. composita, a Barhebraeo nonnisi ad Psalmos laudatur teste Wisemanno (l. l. p. 142), quia fortasse ad reliquos libros adhibere eam non licuit ipsi. Neque vero indoles istius interpretationis nostrum fugisse videtur, quum ad Ps. XVI, 2 recte observet eam ex textu Graeco esse exortam, cum Syriaco collatam et variis locis huic accommodatam; qua quidem in re consentit cum eo Eichhornius (Einl. II p. 335 sq.), qui hanc mutationem satis probabiliter ei tempori assignandam ducit, quo ecclesia Armeniaca a Graeca se averterit et cum Syriaca coniunxerit (sec. 6 med.). Dolendum tamen est, nostrum haud plures attulisse locos, unde opinionem suam confirmaret, praeter illum a c. Wisemanno (hor. Syr. p. 142) citatum, quem, cum liber iste in paucorum tantum manibus versetur, huc apponere iuvat: ܛܒܬܝ ܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܐܠܐ ܡܢ ܟܘܬ. ܐܝ ܕܐܝܬ ܠܝ ܡܢ ܟܘܬ ܐܝ ܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܐܠܐ ܡܢ ܟܘܬ. ܐܝ ܕܐܝܬ ܠܝ ܡܢ ܟܘܬ ܐܝ ܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܐܠܐ ܡܢ ܟܘܬ. „(Vers. Graeca:) *Quia boni mei non indiges.* Symmachus: *Bonum mihi non est praeter te.* Armeniacus ut Syriacus dicit: *Et bonum meum a te est* (ed. simpl. enim habet ܛܒܬܝ ܡܢ ܟܘܬ). Atque inde cognoscitur, quod etiamsi ex Graeco transtulerint Armenii, tamen cum Syriaco contulerint exemplar suum idque hic illic congruens reddiderint (sc. cum Syriaco)." Nempe ita noster hoc loco concludere videtur: Quum Armeniaca conversio exorta sit ex Graeca,

Graeca autem hoc loco plane aliud quid habeat atque Armeniaca, haec vero rursus cum Syriaca locum singulari modo interpretante congruat, verosimile est, Armeniacam Syriacae esse accommodatam. Ex quibus igitur mutanda sunt, quae habet Eichhornius (Einl. t. II p. 336), qui pro verbis ... dicit: „Res nota est"; unde quae noster caute et coniecturae instar profert, speciem certorum induunt. Praeterea vero conferre licet cum Wisemanno Walt. prolegg. ad Polygl. p. 91 et Brunsium in Eichh. Repert. XIII p. 186, qui post ... addunt ... et pro ... legunt .... Iam vero si quaeritur, an Barhebraeus ipse textum Armeniacum inspexerit, hoc quidem propter regionem, in qua degebat, ad fidem non est difficile, sed ex iis, quae ex Armeniaca Psalmorum interpretatione ab eo allata vidi, hac de re certi quidquam statui vix licet. Est quidem vox ... iisdem vocalibus instructa, quibus Armeniace sonat „Gogort," sed fortasse iam interpres Syriacus conversionis Armeniacae hanc vocem immutatam in suam interpretationem transtulit, quemadmodum Syrohexaplaris verba Graeca recepit (v. c. Dan. 9, 26 ..., Gr. προθεσμία, ex Symm.), infra Ps. 18, 30 vox Arabica ... in textu Syriaco legitur et Ps. 51, 9 (Pol. Lond. t. VI in excerpt. Loftus.) iterum offendit vox Armen. ..., Gr. ὕσσωπος. Ceteroquin non solum ob vocalium diversitatem noster attulisse videtur interpretationem Armeniacam, sed ut suffixum quoque aliud notaret, quum voci ... suff. 1 p. sing. annexum sit, voci Syriacae autem suff. 3 p. pl. masc. Qua tamen in re observandum est, Biblia Armen. Amstelod. a. 1766 edita rectam exhibere interpretationem: *ê gogort notza*, h. e. (sepulcrum apertum) *est guttur eorum*; quod mihi linguae Armeniacae ignaro be-

nigne tradidit Bernstenius v. c. Iam vero quominus Barhebraei scripturam a librario corruptam statuas, id impedit, quod Wisemannus, qui hunc locum laudavit hor. Syr. p. 142 sq., etiam e cod. Vaticano affert . Neque desunt alii loci, ubi ea versio Armeniaca seu Syriaca ex Armeniaca facta, quam Barhebraeus adhibuit, ab altera editione modo dicta abhorret, v. c. Ps. 18, 33 not. *, v. 26 annot. 54. Quod denique ad totam versionis Armeniacae a nostro laudatae indolem attinet, in universum et quantum ex paucis colligere licet exemplis, cum matre Graeca consentit quidem, nonnunquam tamen ab ea recedit et ad Aegyptiam se inclinat, cuius rei testimonia haec habe: Ps. 16, 14 (v. Bruns. in Eichh. Repert. t. XIII p. 187) ἐχορτάσθησαν υἱῶν in LXX leguntur, quibuscum congruit Syrohexapl. , Armeniaca vero interpretatio offert , Aegyptia denique similia dat: ; quam utriusque a textu Graeco mire discrepantem lectionem quomodocunque explicaveris, id certe apparebit, eas eandem τῶν ο′ recensionem esse secutas. Ps. 8, 5 (Wisem. h. S. p. 143 sq.) cod. Vatic. τῶν ο′ habet τί, vers. Syrohexapl. , cod. Alexandr. autem τίς, Armen. cum Aegypt. . Adde Ps. 18, 26, quo tamen conf. annot. 54.

28) Ista lectio *Iacobi Edesseni* (cf. annot. 13) desumta videtur ex eius „lectt. varr. in Psalmos," quas Assem. (b. o. I p. 493 n. 17) exstitisse dicit ad Ps. 2. 4. 7. 10. 22. 27, fortasse quia v. cel. in reliquis Psalmis Iacobi editionem τῶν ο′ Syriacam allatam a Barhebraeo non invenit. Ad hanc enim, quam Iacobus adhibita versione simplici curasse videtur (cf. Eichh. Einl. t. II §. 258 p. 155 sqq. De Wette Einl. ed. III §. 49) et in qua procul dubio interpretationem Syrohexaplarem falso „*figuratam*" dictam praecipue secu-

tus est, pertinere videntur „variae lectiones," quarum Assemanus mentionem iniecit l. l.; ita ut magnopere dolendum sit, Barhebraeum tam parcum esse locorum ex editione Iacobi excitandorum, quum nobis hucusque nonnisi Pentateuchus et Daniel eius innotuerint.

30) In n. t. loco supra laudato Pesch. habet ܬܫܒܘܚܬܐ.

31) In hac voce explicanda mire haesit *I. D. Michaelis* (cf. ei. lex. Syr. Castelli s. v. ܨܒܐ) et tamen *Dathius*, quem ipse vir c. laudat, recte convertit: „*acceptum*," h. e. *acceptabile* (*scutum*), de quo part. ܡܨܒܝܢ significatu conf. Rom. 15, 16. 12, 1. 2. Luc. 4, 19 (Pesch.), *Amirae* gr. p. 112, *Ferrarii* index p. 329. Videtur enim hoc verbo interpres Syrus vocem Hebraeam רָצוֹן expressisse, quasi legerit: כִּצְנַת רָצוֹן, „*ut scutum* (*o*) *approbationis*," i. e. *approbatum*.

32) In Hebr. est תַּעְטְרֵנוּ, et sic quoque Graecus.

33) Ed. Bugat. meliorem dat lectionem, quum in textu τῶν ο' sit: ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐσεφάνωσας ἡμᾶς.

PS. XVIII.

34) *In fine* sc. imperii et vitae (Eccles. 7, 3), aut rerum omnium bene gestarum *exitu* (Ier. 11, 23. Prov. 24, 14. Heb. אַחֲרִית). Ad seriora igitur Davidis tempora hunc Psalmum retulisse simulque latiorem quendam ambitum, certo cuidam statui vatis non adstrictum ei attribuisse videtur Barhebr. pariter atque Iarchi, Kimchi al. (v. *Rosenm.* ad h. l. et De Wette in Commentar.) Quorum quidem illud recte statuit, quum in carmine nostro de regno multis iamiam victoriis firmato et amplificato sit sermo (v. 44 sqq.),

alterum vero ita restringendum puto, ut vates animo grato commotus alias quoque victorias Deo adiuvante reportatas respiciat quidem, sed tamen certa quadam re feliciter gesta adductus composuerit hymnum, quod inprimis prior eius pars plena impetus momento temporis excitati et theophania, rerum naturam quoque victori profuisse, indicans manifestare videntur. Ceterum Barhebraeus, quod iuvat videre, alium quoque sensum altiorem Psalmo huic adscribit cogitans, de Christo gentium victore et de doctrina eius ab apostolis pervulgata in eo verba fieri (cf. v. 12. 15. 16.); qua in re congruit cum auctore inscriptionis Syriacae, quae est in Bibl. Lond. Polygl. ܚܕ̈ܐ ܕܡܬܢ̈ܐ ܘܣܝܡܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ, „Gratiarum actio et de ascensione Christi;“ ad quam ab iis qui harum rerum studiosi sunt, conferri potissimum potest v. 34.

35) Lectio Bugat. est difficilior accuratiusque exprimit textum Graecum: *τους λόγους*; quae verba habenda sunt pro appositis relativi ܕ (אֲשֶׁר, quod masc. est, ab auctore Graeco autem per errorem pro neutro sumebatur), quasi legantur: ἃ ἐλάλησεν (ὡς) *τοὺς λόγους*.

36) Offendere potest, quod Barhebraeus voci interpretationis simplicis ܐܬܫܥܪ apposuerit vocem Syrohexaplarem ܐܫܬܥܪ, quum utraque eandem hoc loco habeat significationem; sed ex eo ipso elucet, nostrum ante oculos non habuisse textum Graecum: *ἀγαπήσεις*, qui ei satis ostendisset, vocem ܐܫܬܥܪ significatu hoc loco non abhorrere ab ܐܬܫܥܪ; etenim illud verbum proprie significat *accendit*, *incendit* (se ipsum).

37) Mallem ܐܬܪܓܫܘ *commota*, *conturbata sunt*, quod melius exprimeret verbum Hebraeum וַיִּתְרַגְּשׁוּ, quum

paullo ante etiam pro וַתִּגְעַשׁ הָאָרֶץ Syrus habuerit ܐܬܙܥܙܥ ܐܪܥܐ *commota fuit terra.* At eadem diversitas occurrit loco parallelo, 2 Sam. 22, 8.

38) Illud ο ante ܐܬܙܥܙܥ a Barhebraeo ipso negligentius verba laudante additum esse potest, qui id a voce ܫܡܝܐ, ad quam apud Bugat. pertinet recte, huc transponeret omittens verba ܘܪܓܙ ܫܡܝܐ; ita ut non opus sit statuere, nostrum re vera aliter legisse. Nam si putas accurate eum attulisse lectionem Syrohexaplarem, ܐܬܙܥܙܥ respondet verbo ܐܬܙܥܙܥ interpretationis simplicis et verbis καὶ ἐσαλεύθησαν textus Graeci; at vero iam initio huius versus verba Graeca καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ a Syrohexaplari reddita sunt: ܐܬܙܥ ܐܪܥ, (cf. Kirsch. l. l. pag. 161 l. 1) et 4 Reg. 17, 20. 21, 8 pariter ܙ pro σαλεύεσθαι legitur (cf. Bruns. in Eichh. Repert. t. X p. 83), ita ut sic quoque Bugati lectio praeferenda sit, apud quem ο ܐܬܙܥܙܥ respondet verbis καὶ ἐσαλεύθησαν.

39) Barhebraeus semper *Dolad* (cum duabus Dolad) scribit; cf. Ps. 18, 14. Kirsch. l. l. p. 195 l. 9. 203 l. 14. 206 l. 13. 208 l. 12. 15. Quod idem cadit in Psalterium Halense a *Roedigero* v. cl. inspectum; cf. ei. de origine et indole Arabicae libb. v. t. histt. interpretationis libb. II. Hal. Sax. 1829. p. 80 not. 89.

40) Ed. Bugat. formam longiorem 3 pers. pl. fem. per totum hunc Psalmum tenet (cf. v. 8. 9. 13. 16. 37.), quumque Barhebraeus quoque hoc ipso versu paullo ante et v. 9. 16 eam exhibeat, negligentiae laudantis potius quam codicum varietati istam differentiam tribuerim. Graeca autem Aquilae verba Montef. in hex. non offert; puto tamen eum hoc loco idem elegisse verbum atque initio huius versus, sc. κινεῖν;

convertit enim Hebraea וַתִּגְעַשׁ וַתִּרְעַשׁ הָאָרֶץ sic: καὶ ἐκινήθη καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ.

41) Scilicet *a Deo*, seu *a persona*, *a facie eius*, ܩܕܡ ܦܢܝܗ ܡܢ, quae praecedunt in Pesch.

42) ܠܫܘܠܝܬܐ *et scintillis;* quod vocabulum a verbi ܫܠܐ *volavit* forma Pealel derivandum, quum apud *Michaelem* in lexico auctoritate careat, hoc loco firmatur; etenim *sarmenta* (ܫܚܠܐ), *virgulta arida*, *scintillis* a Deo fuerunt accensa indeque *carbones* sunt exorti. Videtur igitur noster hoc loco de belli incendiis, aut de igne fulguris ictu, aut aestu nimio, incenso cogitasse neque intellexisse imaginem, qua poeta *fulgura* cum *carbonibus succensis et candentibus* comparat.

43) Codd. Bodlei. qui dant ܠܫܫ, sunt IV, V, VII, IX, quos Bernsteinius v. c. in apographo laudavit iis notis instructos, quibus inveniuntur in libro: Bibliothecae Bodleianae manuscriptorum orientalium catalogus, a Ioan. Uri confectus. P. 1. Oxon. 1787.

44) Scilicet *auctor Psalmi*. Per *tenebras* igitur intellexisse videtur noster corpus humanum, quod induit Christus (ὁ λόγος, ܡܠܬܐ cf. Kirsch. l. l. p. 134 l. 5 et Ioan. 1, 1. Pesch.), lux aeterna; ita ut *tenebrae* (ܚܫܘܟܐ) sint *tegumen quoddam obscurum*.

45) ܚܦܐ significat non solum *circumivit*, *circumdedit*, sed etiam *involvit*, *operuit*. Iam quum Barhebraeus verbum illud hoc loco non a ܚܦܝܦܐ *ambitus*, *circuitus*, derivandum censeat, videtur negare, ei hic significationem *circumeundi* inesse, et alteram praeferre, quae est *involvendi*; nam ܚܦܘܦܐ, quam vocem *Michaelis* non affert in lexico, procul dubio est *involucrum*, *operimentum*.

46) Ad scriptionem ed. Bug. ܐܝܬܘܗܝ, cum Iud inserta, pro Gr. ἄέρων, conferre licet Barhebraei ܟܪܡܣܐ pro Gr. τελέσματα (v. Hoffm. gr. p. 257, c).

47) Ad Barh. scriptionem cf. Rom. 10, 18. (Pesch.)

48) Ethpaal verbi ܢܦܫ *stravit*, *expandit*, hoc loco, si recte scribitur neque potius legendum est ܐܬܬܦܫ, idem significat, quod alias Ethpali ܐܬܦܫ: *nudatus*, *detectus fuit* (sensu malo).

49) Non desunt exempla, ubi copula ܘ, ut hoc loco in Polygl., ab auctore interpr. simpl. additur, ad nexum faciliorem reddendum; cf. v. 17, ubi pro יִמְשֹׁנִי in Polygl. Lond. ܘܣܡܟ *et sumsit me*, et v. 19, ubi Barh. ܘܡܫܟ, Hebr. יִקְּחֻנִי. Pro ܢܡܫܟ autem in Polygl. h. l. et aliis cum Barhebr. scribendum est ܢܡܣܟ (cf. Kirsch. l. l. p. 204 not. †. Hoffm. gr. p. 271, III.)

50) ܡܟܣܟ significat proprie *et exsuxit* (coll. Iob. 24, 20, ubi interpres Arabs أَمْتَصَّ), deinde *extraxit*, *eduxit me*, ut hoc loco; quas quidem significationes arcte secum cohaerere docent multa exempla ex Arabica lingua desumta et radici ܡܨ cognata, v. c. تَمَطَّقَ *degustavit quid* (lingua ad palatum allisa), تَمَثَّكَ *sorpsit* (aquam, vinum), مَتَخَ *hausit* (e puteo) et *extraxit* (aquam), مَتَخَ *dimovit extraxitque* (loco suo), مَطَخَ *linxit* (mel), *hausit* (aquam). Videtur autem verbum ܡܨ significationem *sugendo extrahendi* seu *exhauriendi* hoc loco eo magis admittere, quum poeta ex *aquis* se erutum dicat. Quae quum ita sint, non dubito lectionem Bugat. ܘ ante ܡܨܟ omittentem tenere; nam si Barhebraeum sequaris, istud verbum

respondere videtur verbo hexapl. ܣܘܓܟܢܝ, Hebr. יִקְּחֵנִי, quum aptius referatur ad verbum Syrohex. ܡܫܟܢܝ (v. Kirsch. l. l. p. 163 l. 1), Hebr. יְמַשֵּׁנִי, quod Symmachus forsan eodem modo expressit quo verbum cognatum מָשַׁךְ, pro quo Iob. 40, 20 dedit ἑλκύω, Cant. 1, 4 et Ier. 5, 8 ἕλκω, quod quidem verbum etiam notionem *sugendi* et *trahendi* (ex aliqua re) continet. Brunsius v. c. etiam hanc Symmachi lectionem e Barhebraeo attulit in Eichh. Repert. t. XIII p. 187, mire tamen in ea haerens; dicit enim: „Symmachi Lesart wage ich nicht zu übersetzen.“

51) Lectio ܡܫܟܢܝ, quam merito reiicit noster, exorta esse potest ex ܡ ܫܟܢܝ divisim scripto a librario quodam: ܡ ܫܟܢܝ; offendit autem, quod Barhebraei iudicium criticum *interpretationum* tantum auctoritate nititur neque ipso textu Hebraeo, qui primus erat respiciendus; unde igitur collegeris, nostrum eum non ante oculos habuisse.

52) Nempe sequuntur: ܒܝ ܠܐ ܥܒܕ, quae Barhebraeus omisit: (*impie egi*) *a Deo meo*, h. e. *impie eum deserui.*

53) Apud Montef. ad h. l. verba ista adscribuntur Symmacho: πρὸς ὅσιον ὁσίως πράξεις; Aquila autem cum LXX, qui habent μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ, consensisse dicitur; et sane haec magis Aquilam verba Hebraea accuratius exprimentem, illa magis Symmachum liberius et elegantius interpretantem, prodere videntur. Puto tamen Aquilam quoque a 70 intt. discessisse; nam post Symmachi modo dicta leguntur apud eundem Montef. καὶ μετὰ τοῦ κεχαριτωμένου χαριτωθήσῃ, quae item Symmacho adscribuntur et quae, si recte, alteri hemistichio Hebraeo, עִם גִּבֹּר תָּמִים תִּתַּמָּם, re-

spondere deberent. Apparet tamen, haec posteriora alius esse interpretis, qui ita reddiderit prius hemistichium Hebraeum, עִם־ חָסִיד תִּתְחַסָּד; quod iam Drusius recte vidit a Montefalconio hanc ob rem iniuria vituperatus. Quid igitur impedit, quominus haec Aquilae tribuamus, cuius ex indole sunt? Nominum vero interpretum, quorum fragmenta laudantur, permutatio offendere non debet, ubi varia variorum inveniuntur congesta, pluraque huius rei exempla praebebit *Brunsius* in collatione ab ipso inter Barhebraei scholia et manusc. Paris. instituta; cf. *proleg.* V p. 17. Accedit denique, quod Symmachus simili modo adiect. חָסִיד Graeco ὅσιος exprimit Ps. 31 (H. 32), 6. 51 (52), 10; praep. עִם autem apud eum respondet πρὸς Ps. 54 (55), 19 (עִמָּדִי, πρὸς ἐμέ). 76 (77), 7. 93, 16 (bis). Gen. 32, 28.

54) Muellerus symb. Syr. pag. 23 ad hunc locum affert lectionem interpr. Armeniacae hodiernae: „*Eris*," quae praeferenda videtur, quum paullo post in altero huius versus hemistichio Barhebraeus ipse exhibeat ܬܬܚܣܕ, neque verosimile sit, eandem interpretationem in eodem versu et contra textum Hebraeum et reliquas interpretationes personam verbi mutasse.

55) Nempe littera ܚ tertia, quod conspectus docet, *absorbetur et quasi in ligamine pronuntiatur*, h. e. in pronuntiando ita habetur, quasi sit involuta neque appareat oculis; cui rei indicandae plerumque additur *lineola occultans*. Hoc autem sibi velle Barhebraei verba, probat etiam locus simillimus a Roedigero v. c. (in libro: de orig. et indole Arabic. interpr. p. 80 not. 89) e Psalterio Halensi a. 1642 p. C. scripto allatus, ubi pro ܡܫܝ ܘܚܫܝ legitur ܡܫܝ ܘܚܫܝ, „*tanquam suppressa.*" Iam vero quod „*tres Tau induratas*" noster dicit, offendere debet, quum se-

cunda iuxta grammaticam sit mollis (Amira: gr. pag. 420); statuas igitur, eum putasse, litteram Tau secundam, quum vocali careret, tertiae pronuntiatione assimilatam esse et deinde cum ea in unam litteram Tau duram coaluisse, ita ut pro tribus duae tantum audirentur et vocalis cum puncto Kuschoi a tertia ad secundam Tau retraheretur.

56) Dubium est, utra lectio sit praeferenda; in Graeco enim est διαστρέψεις sc. σέ.

57) Quae huc pertinent, leguntur *proleg.* III p. 9 sq.

58) Erravit hoc loco Syrus interpres, idque ut videtur, quia textum Hebraeum non inspexit, qui habet גְּדוּד; πειρατήριον igitur converti debet: „*agmen praedonum*," seu omnino: „*agmen*," ita ut hoc loco synonymum fere sit voci ληστήριον, qua גְּדוּד exprimitur Gen. 49, 19. 2 Paral. 22, 1. Quod vero auctor Syrohexaplaris duobus verbis vocem Graecam circumscribit, huius rei aliud exemplum legitur Ps. 27 (28) v. 2, ubi Aquila et Symmachus habent χρηματιστήριον, Syrohex. autem pro eo ܒܝܬ ܓܠܝܐ „*domus revelationum*" (v. Bruns. in Eichh. Repert. t. XIII pag. 190).

59) Hanc Aquilae interpretationem Montef. non exhibet; verosimile tamen est, illum גְּדוּד hoc loco eodem vocabulo Graeco expressisse, quo Gen. 49, 19. 1 Sam. 30, 8. 2 Sam. 4, 2, ubi legitur ἐνζωνος. Atque similiter LXX loco parall. 2 Sam. 22, 30 dederunt: ὅτι ἐν σοὶ δραμοῦμαι μονόζωνος, „*tua ope curram expeditus.*"

60) 2 Reg. (Sam.) 22 v. 30.

61) *Saracenici* h. e. Arabici codicis, qui hoc uno loco a Barhebraeo laudatur, verbum ܐܦܪ Syriacis scripta est litteris pariter ac supra (Ps. 5, 10 coll. annot. 29) vox quaedam Armeniaca; fortasse quia desumta erat e cod. Arab. charactere

Syriaco exarato (Hott. bibl. or. p. 62). Nempe videtur noster ita legisse pro أَعْبَرَ, quod dant Polygl. Lond. et quod respondet lectioni أَنْصَبَ a *Leeo* receptae, quum verbum أَقْفَرَ respondere videatur verbo Syr. أَصْمَنَ, quod cum Barheb. habent Polygl. Legitur autem Ies. 35, 6 et Cant. 2, 8 etiam يَقْفِزُ (med. I, coll. Gol. s. h. v.) pro fut. Pa. نَصْمُنُ; et quod addit noster, ج neque ف pronuntiari oportere, hac re designat ف Arabum.

62) Utrum praep. ك recte apud Bugat. desit, nec ne, per grammaticam decerni nequit; nam verbum نَصَبَ et cum praep. illa, et cum accus. coniungitur: cf. v. 11 nostri Psalmi (Pesch. et Kirsch. l. l. p. 161) et Habac. 3, 8 (Pesch.), ubi ك, et Ier. 46, 9 (Pesch.) et Kirsch. l. l. p. 25 l. 3. p. 17 l. 12, ubi accus. appositus est. Quodsi vero Symmachi sunt, quae *Brunsius* (Eichh. Repert. t. XIII p. 187), nescio qua auctoritate, affert: *ἐπιβήσομαι ἐπὶ τῷ τοίχῳ*, non dubitaverim Barhebraei lectionem retinere.

63) Hebr. צוּר, quod vocabulum LXX saepenumero in Psalmis reddunt voce *θεός*, imaginem satis languide solventes; cf. v. 47 huius Ps., Ps. 27 (28), 1. 30 (31), 3. Ies. 30, 29.

64) Scilicet سلع *robore*, quod v. sequitur in vers. Syrohexapl. (Kirsch. l. l. p. 165).

65) Quam Polygl. et codd. duo Bodl. offerunt lectionem, meliorem duco, quum nexus verborum et textus Hebr., qui habet יַעֲמִידֵנִי, imperativum prohibeant. Suffixum autem pers. 1 in voce Hebr. בָּמוֹתַי, quam Syrus h. l. convertit نُصُبَنَا, deest quoque loco parall. 2 Sam. 22, 34 (Pesch.) et Ies. 36, 7; priore tamen loco cod. Usser. (v. Pol. Lond.

t. VI varr. ad vers. Syr.) praebet ܢܨܒ, et Hab. 3, 19, qui locus est simillimus nostro, etiam ܡܟܝ ܢܨܒ ܐܨܛܢܥ leguntur. Quae quidem interpretandi libertas minime est rara et statim redit (v. 36 coll. annot. 68). Graecus item suffixum non expressit et sane supervacaneum fere videtur; quamquam explicationem admittit, de qua cf. De Wette (Comment. über die Psalmen ed. III). At vero est aliud quoque, in quo Syrus ab Hebraeo aberrat, nempe pro plurali בָּמוֹת posuit singularem, quod factum puto aut quia verbum illud vere pro forma singulari (בָּמוֹת) habuit, aut quia certum quendam locum ab auctore Hebraeo dictum censuit, v. c. thronum sive Zion. Neque vero in hac re sibi constat interpretatio simplex, quum 2 Sam. 1, 19. 25 plur., Ies. 58, 14. Iob. 8, 9 autem rursus singularis inveniatur pro eadem forma Hebraea.

66) Quod ed. Bug. omittit, pronomen ܐܢܐ in textu Graeco etiam deest. Itaque additum puto aut a nostro, aut a librario quodam non inspiciente textum Hebraeum, qui exprimit tertiam personam. Ex hac autem corrupta lectione exoriri potuit illa interpretationis simplicis, quae imperativum commendat (v. annot. anteced.).

67) Haec interpretatio Barhebraei, quam ad Syrohexaplarem referri apparet, docet, eum part. ܡܨܒܪ pro futuro positum intellexisse (Hoffm. gr. Syr. p. 345, 4, c), ita ut vates aut imperium sibi servandum, aut etiam augendum a Deo expetat. Quod autem ad constructionem verborum Syriacorum attinet, ܠܟ h. l. absolute seu adverbialiter scriptum est (cf. Kirsch. l. l. p. 103 l. 5. p. 177 l. 14.) et ܕ referendum ad ܡܕܥܒܕ ܐܢܐ „*quae cogito, me super* (sc. *ea*) *fore,*“ quae dicuntur quidem pro: „*super quibus me fore, cogito.*“

68) In Hebr. legitur יְשֻׁעָתְךָ *salutis tuae*, i. e. quam affers, quae a te proficiscitur. Suffixum desideratur quoque l. parall. 2 Sam. 22, 36, fortasse quia interpres non intellexit; quam ob causam Graecus etiam μου posuisse videtur, quod tamen omittitur ab Ald. et Complut. (v. annot. seq.)

69) *Montefalc.* habet: Οἱ πάντες: ὑπερασπισμὸν σωτηρίας σου, quae egregie firmantur cod. Vaticano, quem *Adlerus* contulit (Eichh. Repert. XIV p. 184) et qui ad h. l. haecce dat: Ο′ ὑπερασπισμὸν σωτηρίας σου. Α. Σ. Θ. ὁμοίως τοῖς ο′. Reiicienda igitur est lectio Barhebraei et ed. Bugat.

70) Corrigenda est Barhebraei lectio ex ed. Bugat.; in Graeco enim leguntur ἡ παιδεία σου, ille autem suffixum adscribere oblitus esse videtur. Quod sequitur, verbum ܐܰܪ̈ܡ formam Pael puto, quum Graece sit ἀνώρθωσε et auctor Syrohexaplaris hanc particulas verbo adiunctas exprimendi rationem amet (cf. Ps. 5, 9 coll. annot. 23). Iam vero tota haec interpretatio τῶν ο′, quam Barhebraeus et ed. Bug. sicut et nostrae editiones Graecae exhibent, male commixta est cum Theodotiana, ac veram procul dubio lectionem Montefalc. affert: Ο′. καὶ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με. Θ. καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει. Verba εἰς τέλος tanquam additamentum reiicienda videntur.

71) Graece: καὶ οὐκ ἠσθένησαν τὰ ἴχνη μου; ο igitur a Barhebraeo omissa est, de reliquis autem decernere non audeo, utrum Barhebraeus an ed. Bug. veram habeat lectionem.

72) Graece legitur λεανῶ, cui verbum ܐܰܫܚܶܩ a Bug. oblatum et significans *conteram*, *comminuam*, melius etiam convenire videtur quam ܐܰܕܘܼܫ, quod Barh. habet et quod denotat *conculcabo*. Certi tamen quidquam de hac re constituere non audeo destitutus exemplis, quomodo λεαίνω reli-

quis locis, v. c. 2 Sam. 22, 43. Iob. 14, 19 ab interprete Syrohexaplari exprimatur; quamquam non ita difficile est creditu, Barhebraeum hoc loco confudisse lectionem Aegyptiam cum Graeca, ita ut illa potius esset ܐܰܦܥܶܣ, haec vero ܐܰܫܡܶܨ, pro qua futuri forma ed. Bugat. exhibet fut. med. A, quod protinus reiicere dubito, quum verbum sit gutturale. Sed Polygl. Lond. cum Barhebraeo consentiunt habentia in priore huius versus hemistichio ܐܰܢܫܰܥ̣ܶܨ et ita quoque l. parall. 2 Sam. 22, 43 et in tom. VI in excerptis Loftusii ad h. l., Exod. 30, 36 autem imperat. formam ܫܰܥ̣ܶܨ. Muellerus (symb. Syr. p. 24) et Hotting. (bibl. or. p. 190) contra dant ܫܰܡܶܐ, per errorem, ut apparet, pro ܫܰܨܶܐ.

73) ܪ̈ܘ̈ܓ̈ܙ̈ܐ, quod Bibl. Polygl. habent, est forma usitatior, neque vero deficiunt alterius a Barh. oblatae exempla; cf. 1 Cor. 12, 31 (Pesch.). Kirsch. l. l. p. 216 l. 15. Loco parallelo 2 Sam. 22, 44 Polygl. habent ܪ̈ܘ̈ܟ̈ܙ̈ܐ *liberabis me* (cf. Ps. 31, 2).

74) ̄ quod reddidi „*scilicet*,“ refertur ad verba: „*ne legas*“ etc.

75) ܐܪ̈ܘ̈ܟ̈ܣ̈ܝ̈ܘ̈ܬ̈ܐ, quod legitur in ed. Bug. derivari debet ab adiect. ܟ̈ܣ̈ܝ̈ܘ̈ܬ̈ܐ, quod habet ed. Philoxen. Marc. 6, 48 et ipse Barhebr. Ps. 19, 4 (Bibl. Pol. t. VI excerpt. Loftus.); ܐܪ̈ܘ̈ܟ̈ܣ̈ܝ̈ܘ̈ܬ̈ܐ autem, quam vocem Barhebraeus exhibet, deducitur a ܟ̈ܣ̈ܝ̈ܘ̈ܬ̈ܐ, quod lexica Syrr. edita non afferunt. At quum noster bis eam scripserit hoc versu, error calami statuendus non videtur, sed potius, utramque exstitisse formam. Quod tamen etiam moneatur, cod. Vatic. et Alex. pluralem tuentur: ἐξ ἀντιλογιῶν, Ald. et Complut. autem: ἐξ ἀντιλογίας.

75) Cod. Vatic. singularem tenet: ὑπήκουσε, cod. Alex. autem dat ἐπήκουσας, pro quo legendum videtur ἐπήκουσαν, quod fortasse re vera legit interpres Syrohexaplaris; pluralem ὑπήκουσαν habent etiam Θ. *E* seu vers. V et ϛ seu v. VI, nec non LXX 2 Sam. 22, 45 (Alex.). Quam vero Barhebraeus addit interpretationem, „*populi fideles*," ea admittenda non est; pluralis ܠܥܡܐ enim ad v. λαὸς (ὃν οὐκ ἔγνων) collective accipiendum refertur, quod nostrum non fugisset adhibito textu Hebraeo: עַם לֹא־יָדַעְתִּי יַעַבְדוּנִי. Forsan vero placuit nostro pluralem ad subiectum quoddam mente fictum temere trahere, ut scilicet aliquid de Christo eiusque imperio immisceret loco nostro mirum quantum ab hoc sensu abhorrenti; „*populos fideles*" enim gentes regi addictas a vate sacro dici, facile intelligitur.

76) Quamquam hoc loco cod. Usser. (cf. Pol. Lond. t. VI varr. ad vers. Syr.) et locus parall. 2 Sam. 22, 46 consentiunt cum Barhebraeo, qui habet ܢܬܚܒܠܘ *detinebuntur, impedientur*, eam lectionem tamen praeferre dubito alteri a Polygl. oblatae ܢܬܟܠܝ *marcescent, inveterascent, deficient*, quippe quae cum textu Hebraeo יִבֹּלוּ magis conspiret et difficilior sit illa. Quodsi vero Barhebraei lectionem veram putaveris, non poteris quin statuas, Syrum legisse יִכְלוּ pro יִבֹּלוּ, a כָּלָה = כָּלָא; *Rosenmuellerus* enim (schol. ad h. l. ed. II), qui ܢܬܚܒܠܘ convertit: „*consumentur*," errasse videtur, quum ista significatio, quam habet verb. Hebr. כָּלָה, non conveniat verbo Syr. ܟܠܐ, quod potius respondet Hebr. כָּלָא (cf. Kirsch. l. l. p. 52 l. 3. p. 60 l. 10. p. 82 l. 9. p. 199 l. 2). Graecus etiam cum Polygl. hoc loco consentit (v. annot. seq.).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27850/fragment/page=00000103

77) Utrum Barhebraei lectio ܐܬܟܨ, an ed. Bug. ܟܨܐ praeferenda sit, decerni non potest, quum loci probantes desint; legitur tamen Aphel huius verbi Heb. 8, 7. Iob. 21, 7 (Pesch.) sensu intransitivo et Ps. 71, 7 pro Symmachi lectione παλαιωθήσεται, ed. Syrohexapl. affert ܢܬܟܨ, quae vero esse etiam potest forma fut. A verbi intrans. ܟܨ̈. Quae sequuntur Syr., Graece ita leguntur: καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν; unde quidem apparet, interpretem Graecum verbum חָרַג, quod Hebraeus exhibet, aut cum חָנַךְ *claudicavit* (ex usu Syriacae linguae), confudisse, aut locum parall. 2 Sam. 22, 46, ubi legitur וְיַחְגְּרוּ, respexisse. Vim autem vocis Hebr. מְסִגְרוֹתֵיהֶם idem coniectura assecutus esse videtur, quum eam transferret „τρίβων *semitarum*," idque ductus fortasse apposito חָרַג, quod, ut iam monuimus, sensu *claudicandi* ab eo accipiebatur, forsan etiam locis similibus respectis (v. c. Ps. 16, 5). Syrum vero, qui item habet in translatione simplice ܒܫܒܠܗܘܢ, h. l. Graecum consuluisse, non inepte quidem putaveris.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Prooem. p. II lin. 4 a fine pro *ejus* lege *eius*.
ibid. p. IV lin. 3 pro *jure* lege *iure*.
pag. 6. lin. 4 a fine post 1673 interponas: *dissert. II de Syriacis librorum sacrorum versionibus.*
ib. post *seqq.* addas *pag.* 40.
pag. 12 lin. 4 et 5 pro *lec-tionem* lege *le-ctionem*.
ib. lin. 11. 12 pro *nos-trum* lege *no-strum*. Quae plura eiusmodi menda reperiuntur in textu, lector benevolus ipse corrigat.
pag. 33 lin. 3 pro *videaturet* lege *videatur et*.
pag. 65 lin. 3 pro *l.* 16. lege *l.* 18.
pag. 68 lin. antepen. pro *haereditate* lege *victoria*.
ib. lin. penult. pro ܡܢܙܚ lege ܐܨܚ.
pag. 72 annot. 19 in fine post *Barhebraeo* addas: *quocum consentiunt codd. Bodll. IV. V. VII. IX.*
pag. 73 ann. 25 in f. post *videtur* addas: *nisi duram statuas ellipsin, e qua* ܐܡܪ *subaudiendum sit.*
pag. 75 lin. antep. pro 1766 lege 1666.

D

Dc 1270

ULB Halle
000 790 036
3/1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27850/fragment/page=00000109